# DE RATIONE HERODOTEA PI
# A SCRIPTORIBUS A'

COMMENTATIO

QUA

PERMISSU AMPL. OR

**AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA H**

P. P

**CARÓLUS AUG**

PHIL. CAND.

IN AUDITORIO THEOLOGICO

H. A. M

UPSAL

EXSCRIPSERUNT EDQU

MDCCCI

# HERODOTEA PRÆPOSITIONIBUS UTENDI
# CRIPTORIBUS ATTICIS DIVERSA

MENTATIO ACADEMICA,

QUAM

U AMPL. ORD. PHILOS. UPSAL.

PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

P. P.

ROLUS AUG. LUNDBERG
PHIL. CAND. GOTOB.

ORIO THEOLOGICO IDIBUS MAJIS MDCCCLXIX

H. A. M. S

UPSALIÆ
EXSCRIPSERUNT EDQUIST ET BERGLUND
MDCCCLXIX.

Högvälborne

Herr Grefwe Carl Pontus von Rosen

och

Högvälborna

Fru Grefwinnan Caroline von Rosen

född Dickson

med tacksamhet och vördnad

af

**Författaren.**

Ad dialectum Ionicam recentiorem penitus cognoscendam nihil pluris interesse quam formam Herodotei sermonis perspectam habere, inter omnes constat. Cujus quid esset proprium, quid cum ceteris dialectis commune, quominus accurate explorari posset, multæ res impedimento fuerunt et maxime quidem codicum ipsorum depravata condicio. Quæ quum in ipsis formis verborum exhibendis præcipue cerneretur, earumque emendatio maximis impedita esset difficultatibus, vix quisquam miretur, quum plerique ad hanc grammaticæ Herodoteæ partem constituendam ingenium et doctrinam præcipue conferrent, factum esse, ut reliquæ, quæ syntaxi continentur partes, si non plane jacerent, at minore certe studio tractarentur. Attamen hoc quoque in genere quam rationem Herodotus secutus sit quo accuratius perspectum erit, eo plus sine dubio afferetur ad eum emendandum præsidii. — Ac profecto quum in aliis scriptoribus id constare viderem non pauca eos propria atque singularia ad genus dicendi cujusque accomodata in usu articuli, præpositionum ceterarumque particularum præbere, eaque ut exquirerent et persequerentur summam operam et industriam impendisse viros doctissimos, non dubitavi, quin disquisitionem harum vocularum usus vel accuratissimam requireret oratio Herodotea, quæ inter sermonem Epicorum et Atticorum medium quiddam tenere videtur, cujusque varietatem, ut summo artificio effectam, veteres non minimam scriptoris laudem

esse prædicaverunt. Rem igitur non reprehendendam aggredi mihi videbar, si, ut possem diligentissime, exponere conarer, quæ maxime in præpositionibus adhibendis inter Atticorum scriptorum solutam orationem et sermonem Herodoteum intercederet dissimilitudo. In quo quum non modo eorum, quæ a consuetudine sermonis Attici prorsus discreparent, rationem mihi habendam esse statuerem, verum etiam ad institutam scriptionem id mihi faciendum putarem, ut ea afferrem, quæ etiamsi exemplis apud Atticos non plane carerent, tamen ad dialecti Ionicæ usum propius accedere viderentur, fieri non potuit, quin in singulis locis difficile esset ad dijudicandum, Atticæne loquendi consuetudini convenienter an secus usurpata esset quæque præpositio, præsertim quum perpauca essent, quæ de utriusque dialecti discrimine traderent grammatici. — Etsi igitur nequaquam id mihi sumo, ut putem, aut omnes me elocutionis Herodoteæ in hoc genere proprietates attulisse aut ea, quæ ei cum ceteris scriptoribus communia sunt, potuisse secernere ac removere, ea tamen me tenuit spes fore, ut aliquantulum subsidii, si quis rem dignam censeret, cui operam navaret, a me suppeditaretur. Id si ero assecutus, laboris pretium tulisse videbor.

Quod vero ad descriptionem hujus libelli atque rationem attinet, ita mihi agendum esse putavi, ut primum de præpositionibus adverbii loco positis dissererem, tum ea exempla afferrem, ubi cum casibus conjunctæ viderentur plus aut minus ab usu Atticorum recedere, ad extremum, quæ exstarent tmesis exempla, adjungerem.

Præterea monendum est, me in hac commentatione in eas solum, quæ propriæ vocantur, præpositiones inquisivisse.

Quæ in hac commentatione conscribenda ad manum mihi fuerunt Herodoti editiones, hæ fere sunt:

Herodoti Historiarum Libri IX. Recognovit et commentationem de dialecto Herodoti præmisit Guilielmus Dindorfius. Parisiis MDCCCLV.

Herodoti Historiarum Libri IX. Curavit Henr. Rudolph. Dietsch. Lipsiæ MDCCCLXVI.

Herodoti Halicarnassensis Musæ. Textum ad Gaisfordii editionem recognovit perpetua tum Fr. Creuzeri tum sua annotatione instruxit etc. J. C. F. Bæhr. Editio altera. Lipsiæ MDCCCLVI—MDCCCLXI.

Herodotos. Erklärt von B. H. Lhardy (Libr. I—IV). Leipzig 1850—1852.

*ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΙΣΤΟΡΙΗΣ ΑΠΟΔΕΞΙΣ.* Mit erklärenden Anmerkungen von K. W. Krüger. Berlin 1855—1856.

Herodotos. Erklärt von Heinrich Stein. Zweite Auflage. Berlin 1864—1868.

Herodotos. Für den Schulgebrauch erklärt von Dr. K. Abicht. Leipzig 1861—1868.

Eandem, quam ego institui, rem jam attigerunt plus minusve hi fere grammatici:

A. Matthiä: Ausführliche griechische Grammatik. Dritte Auflage. Leipzig 1835.

R. Kühner: Ausführliche Grammatik der griechischen Sprache. Hannover 1834—1835.

K. W. Krüger: Griechische Sprachlehre für Schulen. Vierte Auflage. Berlin 1861.

G. Bernhardy: Wissenschaftliche Syntax der griechischen Sprache. Berlin 1829.

In exemplis describendis editionem Dietschianam secutus sum.

---

## I. De præpositionibus adverbialiter usurpatis.

Originem præpositionum ab adverbiis esse repetendam, omnes monent grammatici. Quod quidem quum aliis rebus probaverunt, tum ex eo, quod absolute haud raro eæ positæ inveniuntur, ut aut nomen quoddam vel pronomen, ad quod vere spectant, desideretur, aut omisso verbo, quod cogitatione est supplendum, prædicati, quod vocatur, vicibus fungantur. Atque in hoc genere quam omnino rationem Herodotus secutus sit, si quæritur, statui potest, in altero illo consuetudinem ejus loquendi nonnihil a sermone Atticorum recedere, ita certe ut in plures quidem præpositiones, quam Attico scriptori licuit, hunc usum admiserit, eam vero legem semper servasse videatur [1]), ut particulam copulativam (*δέ, καί*) adjungeret, in quo Epicos majorem sibi sumpsisse libertatem, satis notum est [2]). — Quod vero attinet ad alterum illud, quo monuimus præpositionem unam totam vim verbi compositi posse complecti, reperitur Herodotus etiam in hac re magis cum poetis quam solutæ orationis scriptoribus convenire, apud quos *ἔνι* tantum ita usurpatur. — Quæ vero utriusque generis apud Herodotum inveniuntur exempla, jam nostrum erit proferre.

---

[1]) De locis illis dubiis, ubi inveniuntur *πρὸς δὴ ὦν* et *πρὸς γάρ* paulo infra dicetur.

[2]) Vide Krueg. l. c. II, §. 68, 2, 1. Matth. II, §. 594. Kuehn. II, §. 618 et exempla allata.

*A) Omisso casu:*

*a*) *ἐν δέ:* I, 74. II, 43. 172. 176. VI, 86, 1. VII, 83. 176. 238. VIII, 113. IX, 32.

Plerisque vero locis additur *δή*, cujus usus libri hæc suppeditant exempla; *ἐν δὲ δή:* I, 184. 185. 192. II, 79. III, 15. 37. 38. 39. 125. V, 95. 102. VI, 11. 50. 70. VII, 224.

De significatione hujus formulæ satis est monuisse, plerumque eam indicare aliquem vel aliquid numero quodam contineri, quare Latine "in his" verti potest, velut: *πολλά μοι καὶ ἄλλα τεκμήριά ἐστι τοῦτο οὕτω ἔχειν, ἐν δὲ καὶ τόδε κ. τ. λ.* II, 43. — Alia vero est ratio horum locorum: *ἐκ δὲ τοῦ στεινοῦ τῆς Εὐβοίης ἤδη τὸ Ἀρτεμίσιον δέκεται αἰγιαλὸς, ἐν δὲ Ἀρτέμιδος ἱρόν* VII, 176; ubi significatio localis est. Ad instrumentalem prope vim transit hæc formula ib. 84. *ἁρμαμάξας ἅμα ἤγοντο, ἐν δὲ παλλακὰς καὶ θεραπηΐην πολλήν* i. e. carpentis vectas.

*b*) *πρὸς δέ* et (rarius) *καὶ πρός*, quæ loquendi formulæ etiam apud Atticos usu veniunt, hos fere locos occupant:

*α*) *πρὸς δέ:* I, 51. 71. 111. 126. 164. 207. II, 12. 20. 115. 119. 134. 141. III, 52. 74. 124. 135. IV, 164. V, 20. 22. 124. VI, 61. 95. VII, 61. 63. 64. 69. 72. 75. 79. 166. VIII, 40. 51. 68, 3. 90. 93. IX, 30.

*β*) *καὶ πρός:* I, 156. II, 142. III, 6. V, 20. VI, 125. VII, 154. 184 (quater). 187. VIII, 29. In IX, 62: *λήματι μέν νυν καὶ ῥώμῃ οὐκ ἥσσονες ἦσαν οἱ Πέρσαι, ἄνοπλοι δὲ ἐόντες καὶ πρὸς ἀνεπιστήμονες ἦσαν καὶ οὐκ ὁμοῖοι τοῖσι ἐναντίοισι σοφίην* displicet Kruegero *καὶ πρός* participio et tempori definito interpositum, quare *πρός* deletum vult; certe nullo Herodoteo exemplo firmari potest ejusmodi collocatio. — Scriptura vero plurimorum codicum I, 58, *πρὸς δή ὦν* quomodo explicari possit, non video; et jure mihi viden-

tur eam damnasse Krueg., Dietsch., Stein., Abicht.; neque vero iis magis placuit ὡς δὴ ὦν, ut exhibent Aldina et unus liber scriptus. Quid vero sit restituendum, alii aliter conjiciunt; Krueg. πρὸς ὃ δὴ ὦν, Stein. πρόςθε δὲ ὦν Abicht. πρὸς ταῦτα δὴ ὦν, quarum conjecturarum quæ sit maxime probabilis, alii judicent. — Itemque rejecta vetere lectione ab optimis codicibus (Mediceo, Florentino, aliis) exhibita III, 91: *πρὸς γὰρ δυώδεκα μυριάσι Περσέων τε τοῖσι ἐν τῷ Λευκῷ τείχεϊ τῷ ἐν Μέμφι κατοικημένοισι καταμετρέουσι κ. τ. λ.* omnes recentiores editores (præter eos, quos modo nominavi, Bæhr., Dind., Lhard.) codices aliquot secuti emendarunt in: *σίτου γὰρ δυώδεκα μυριάδας κ. τ. λ.*

His omnibus locis πρός addendi vim habere, satis cognitum est.

*c*) ἐπὶ δέ in his locis reperimus: IV, 59. VII, 55. 65. 69 (bis). 75. 92. 219 (ubi codd. ἐπεί exhibent). VIII, 67. 93. 113. IX. 35 (bis). — In his Krueg. etiam IV, 81 censeri vult, ubi tamen ceteri ἐπί ad μᾶλλον referunt. Ad sensum loci utram interpretationem elegeris, pæne nihil refert.

Quemadmodum ἐπί Dativo præpositum varias significationes induere potest, sic hæc quoque formula alias aliter ponitur:

*α*) De *situ* alicujus rei dicta idem valet ac super vel insuper. *Θρήϊκες ἐστρατεύοντο ἔχοντες περὶ τὸ σῶμα κιθῶνας, ἐπὶ δὲ ζειρὰς περιβεβλημένοι ποικίλας* VII, 75. *εἶχον ὀϊστοὺς καλαμίνους, ἐπὶ δὲ σίδηρος ἦν* "super telis arundineis ferrum erat" i. e. tela arundinea erant ferro præfixa (ut vertit Dind.) ib. 65. Cfr ib. 69.

*β*) Denotatur *accessio*. *εἶχον ὀϊστοὺς καλαμίνους ἀπτέρους καὶ ἀκόντια, ἐπὶ δὲ αἰγὸς δέρματα περὶ τοὺς ὤμους αἰωρεύμενα* i. e. præterea. VII, 92.

*γ*) De *tempore* usurpata, eodem modo atque μετὰ δέ, idem est ac postea. *μετὰ δὲ (διέβαινον) οἵ τε*

*ἵπποι οἱ ἱροὶ καὶ τὸ ἅρμα τὸ ἱρὸν, ἐπὶ δὲ αὐτός τε Ξέρξης καὶ οἱ ἱππόται οἱ χίλιοι* VII, 55. Cfr. ib. 219. IX, 35.

*δ*) Notio *ordinis* prævalet in his exemplis: *θεοὺς μὲν μούνους τούσδε ἱλάσκονται, Ἱστίην μὲν μάλιστα, ἐπὶ δὲ Δία τε καὶ γῆν* IV, 59. Cfr. VIII, 67. 93. 113.

*ε*) *Finis* significatio subesse videtur in VII, 69. *τόξα εἶχον μακρὰ, ἐπὶ δὲ καλαμίνους ὀϊστοὺς σμικρούς;* ubi vertendum esse videtur "arcubus imponenda habebant tela arundinea."

*d*) *ὑπὸ δέ* semel reperitur: *ἀντὶ δὲ ἀσπίδων εἶχον γέρρα, ὑπὸ δὲ φαρετρεῶνες ἐκρέμαντο;* sub his. sil. cratibus vimineis VII, 61.

*e*) *μετὰ δέ.* Ex ingenti, quam suppeditant libri, exemplorum copia hæc enumerare satis sit: I, 11. 19. 22. 26. 30. 61. 65. 72. 86. 94. 107. 108. 118. 125. 128. 134. 142. 145. 150. 163. 165. 167. 171. 178. 179. 196. 214. II, 73. 86. 111. III, 75. 128. IV, 47. 139. 184. 188. V, 24. 46. 52. 56. 103. VI, 38. 70. 97. 120. VII, 12. 19. 40. 41. 55. 100. 145. 206. VIII, 46. 67. IX, 25. 35. 98.

Quam præpositio *μετά* habet ordinis significationem, ea ad hanc quoque formulam adverbialem pertinet, ita tamen, ut ad rationem uniuscujusque loci, propriene an translate *μετὰ δέ* dictum sit, et, si proprie, utrum de loco an tempore agatur, sit dijudicendum. Ac longe plurimam partem eorum, quæ supra attuli, exemplorum ad temporalem vim se accomodare, facile quivis potest sibi persuadere. Iam vero localem significationem, cujus nescio quo pacto nullam fecerunt mentionem neque Passowius neque Schweighaeuserus (in Lexic. Herod.), nonnumquam subesse, permulta docent exempla, veluti *Μίλητος μὲν πρώτη κέεται πόλις πρὸς μεσαμβρίην, μετὰ δὲ Μυοῦς τε καὶ Πριήνη.* I, 142. Cfr. ib. 145. IV, 47.

Simpliciter denique indicatur nonnumquam ordo: *τιμῶσι ἐκ πάντων τοὺς ἄγχιστα ἑωυτῶν οἰκέοντας μετά γε ἑωυτοὺς, δεύτερα δὲ τοὺς δευτέρους, μετὰ δὲ κατὰ λόγον προβαίνοντες τιμῶσι* I, 134. Cfr. IX, 98.

Quoniam *ἐπὶ δὲ* et *μετὰ δέ* eodem fere modo ad ordinem significandum usurpantur, fit ut nonnumquam in serie rerum exponenda utraque locutio variandi causa ponatur: *οἱ δὲ πέντε ἀγῶνες οἵδε ἐγένοντο εἷς μὲν καὶ πρῶτος οὗτος ὁ ἐν Πλαταιῇσι, ἐπὶ δὲ ὁ ἐν Τεγέῃ πρὸς Τεγεήτας τε καί Ἀργείους γενόμενος, μετὰ δὲ ὁ ἐν Διπαιεῦσι πρὸς Ἀρκάδας πάντας πλὴν Μαντινέων, ἐπὶ δὲ ὁ Μεσσηνίων ὁ πρὸς Ἰθώμῃ κ. τ. λ.* IX, 35. Cfr. VII, 55. VIII, 67.

*B). Omisso verbo εἶναι.*

Hæc exempla annotavi:

*a) ἔνι* etiam apud Atticos ita usurpatum ne apud Herodotum quidem raro usu venit. *ἄγαλμα οὐκ ἔνι οὐδὲν αὐτόθι ἐνιδρυμένον* I, 181. *ἐν δὴ ὦν ταύτῃ τῇ νήσῳ νηὸς Ἀπόλλωνος μέγας ἔνι* II, 156. Cfr. I, 183. 207. II, 91. 138. 155. III, 80. 81. IV, 178. V, 31. VII, 112. VIII, 55.

Usus vero illius, quo *ἔνι* impersonaliter ponitur, apud Herodotum nullum inveni exemplum [1]).

*b) μέτα: τούτοισι μὲν δὴ μέτεστι, ὅσοι δὲ ἐόντες ἄλλου ἔθνεος ὁμόγλωσσοι τοῖσι Καρσὶ ἐγένοντο, τούτοισι δὲ οὐ μέτα* I, 171. Cfr. I, 88. 146. V, 61. VII, 157.

*c) πάρα: οὔτι γὰρ σῖτος πάρα σφίσι ἐν τῇ νήσῳ ταύτῃ οὔτε κ. τ. λ.* VIII, 68, 2. Cfr. I, 42. V, 106. VII, 12. (Stein. hic *πάρα* pro *πάρειμι* dictum vult).

Monendum denique esse videtur plurimam partem exemplorum sub *μέτα* et *πάρα* allatorum in negativis sententiis inveniri. Excipienda sunt exempla VII, 157 et V, 106.

---

[1]) Minus accurate præcipit de hac re Krueg. l. c. II, §. 68, 2, 7.

## II. De præpositionibus casibus adjunctis.

Sequitur, ut in usu singularum præpositionum quid maxime dialectus Herodotea ab oratione Atticorum differre videatur, persequamur. Ante vero quam ad propositum aggredior, pauca de ipsa harum vocularum collocatione præmittere haud alienum existimo.

Inveniuntur enim permulti loci, ubi præpositio est aut ei, ad quod pertinet, vocabuló postposita aut inter nomen et attributum inserta. Quam collocationem, si *περί* (et *ἕνεκα*) exceperis, in omnibus præpositionibus Atticos scriptores vitasse, satis constat [1]). Qua in re observandum est Herodotum in duabus tantum, *περί* et *ἀπό* — et *περί* quidem innumeris fere locis — illam postponendi rationem, inserendi vero in pluribus (*περί, ἐπί, ἀνά, ἐν, μετά*) secutum esse. — Atque prioris generis hæc afferantur exempla:

*πέρι:* I, 32. 69. 111. 120. 124. 157. II, 5. 10. 19. 22. 27. 34. 43. 44. 54. 100. 101. 135 (bis). 146. 148. 171. III, 23. 98 (*τῶν καὶ πέρι*). IV, 127. 183 (*τῶν ἡμεῖς πέρι*). V, 10. 49. VI, 57 (bis). 86, 1. VII, 47. 102. 237 (bis). VIII, 19. 36. 49. 77. 133 (*περὶ τῶν παρεόντων καὶ οὐκ ἄλλων πέρι*). 137. IX, 45. 92.

*ἄπο: ταύτης ὦν ἄπο* II, 6.

Posterioris vero hæc:

*α) πέρι τοῦ ἑτέρου δὲ πέρι Ἡρακλέως.* II, 43. — *θηρίων πέρι ἱρῶν* ib. 76. — *τῶν μὲν κάτω πέρι οἰκημάτων* ib. 148. — *Ὑπερβορέων δὲ πέρι ἀνθρώπων.* IV, 32. — *παρακαταθήκης πέρι ξεινικῆς.* V, 92, 7. — *μιῆς πέρι παρθένου.* VI, 130. — Cum accusativo conjunctum interponitur *περί* in locutione *γῆν περὶ πᾶσαν* II, 21. IV, 8.

---

[1]) Cfr. Krueg. I, §. 68, 4 et ann. Matth. II, §. 595, 3. Kuehn. II, §. 626, c.

β) *ἐπί*: *χρόνον ἐπὶ μακρόν*. I, 81. — *χρόνον ἐπὶ πολλόν* I, 214. Cfr. II, 133. 154. VI, 29. VIII, 129. IX, 62. 70. — *χρόνον ἐπὶ συχνόν* V, 94. IX, 67. 119. — *χρόνον ἐπ' ὀλίγον* V, 46. — *χρόνον ἐπὶ πλεῖστον* V, 115. — *ἔτεα ἐπὶ πλέω* II, 140. — *κοίους ἐπ' ἄνδρας* VIII, 26.

*ἀνά*: *νεομηνίας ἀνὰ πάσας καὶ ἑβδόμας* VI, 57.

*ἐν*: *χώρῳ δέ ἐν τούτῳ* VI, 77.

*μετά*: *πολλῶν μετ' ἄλλων* VII, 154 [1]).

His de collocatione monitis ad institutam rem accedamus.

## De præpositionibus quæ cum uno casu conjunguntur.

### A) *Cum Genetivo.*

*Ἀντί* et *Πρό*. In usu harum præpositionum nihil fere Herodotus ab Atticis differre videtur. In illa tamen notandum est tres esse locos, ubi in libris scriptis infinitivo addita articulo carere invenitur: *ἀντὶ ἄρχεσθαι* I, 210. *ἀντὶ εἶναι* VI, 32. *ἀντὶ δὲ εἶ-*

---

[1]) Neque vero in ipsa collocatione solum præpositionum apparet Herodotum majore libertate quam Atticos usum esse, nam etiam in inserendis inter præpositionem et nomen vocabulis videtur paulo ultra consuetudinem Atticorum dicendi processisse. Sic: *ἐς τῶν τινα κωμέων* I, 185. — *ἐς τῶν τι ἄλλο στομάτων* II, 179. — *πρός ἔτι τούτοισι* I, 64. III, 65. IX, 111. *πρὸ δ' ἔτι τούτου* I, 123. — *ἐκ γάρ οἱ τῆς ὄψιος* I, 108. *ἐκ δὲ οἱ ταύτης τῆς γυναικός*. V, 92, 2. — *ἐν δέ οἱ χρόνῳ* VI, 63. — *ἐν γάρ σε τῇ νυκτί ταύτῃ* VI, 69. — ib. 92: *διὰ δὴ ὦν σφι ταῦτα*, est scriptura sex codd., quam retinuerunt Bæhr. et Stein.; Dind. contra Dietsch., Krueg., Abicht. auctorem Struvium (Quæst. de Dial. Herod. spec. I, p. 33) secuti voculas *ὦν σφι* ejecerunt. Huic voculas inserendi rationi contrarie eas conjunctiones, quæ apud Atticos scriptores præpositioni proximum locum tenere solebant, interdum removet. Sic: *ἐν τῇ ὦν παρελθούσῃ ἐνιαυτοῖ* I, 85. *ἐν τῇ γὰρ ἀνθρωπηίῃ φύσι* III, 65. *ἐκ τῶν δὲ ἐμποριέων* IV. 108; quam scripturam invitis libris Dind., Lhard, Krueg. et Dietsch. in *ἐκ δὲ τῶν* mutarunt.

*ναι* VII, 170. Inseruerunt quidem articulum Dind., Dietsch., Krueg., Lhard., scripturam autem librorum retinuerunt Bæhr. et Stein., quibuscum etiam Abicht. facere videtur (in annot. ad VII, 170) quamquam in textu exscribendo superiorum rationem sequitur.

*Ἀπό.* De significatione hæc notanda:

*a*) De discessus vel remotionis significatione hujusmodi locutiones defluxisse videntur: *ἀπὸ δείπνου εἶναι* I, 126. IX, 16. — *ἀπὸ δείπνου γενέσθαι* II, 78. V, 18. VI, 129. Simpliciter positum nullo verbo addito invenitur *ἀπὸ δείπνου* I, 133., ubi in temporalem vim transit præpositio.

*b*) Partitivo fere sensu dictum est IV, 62: *ἀπὸ τῶν ἑκατὸν ἀνδρῶν ἄνδρα ἕνα θύουσι.* ib. VI, 27: *ἀπ' ἑκατὸν παίδων εἷς μοῦνος ἀπέφυγε.*

*c*) Materies, ex qua quid confectum est, interdum indicatur. In qua significatione *ἀπό* perraro ab Atticis usurpari, testatur Passowius. Sic: *ἀπὸ πυρῶν καὶ κριθέων ὧλλοι ζώουσι, Αἰγυπτίων δὲ τῷ ποιευμένῳ ἀπὸ τούτων τὴν ζόην ὄνειδος μέγιστόν ἐστι, ἀλλ' ἀπ' ὀλυρέων ποιεῦνται σιτία* II, 36. — *Ἰνδοὶ εἵματα ἐνδεδυκότες ἀπὸ ξύλων πεποιημένα* VII, 65. *ἐσθῆτι οἱ Ἰνδοὶ ἀπὸ τούτων τῶν δενδρέων χρεόνται* breviter pro *ἐσθῆτι ἀπὸ τούτων τῶν δενδρέων πεποιημένῃ* III, 106.

*d*) Nonnumquam *ἀπό* actioni inservit significandæ ab aliquo profectæ: *τὸ ἀπὸ σεῦ* responsum tuum I, 159 Cfr. VII, 101. *τὸ ἀπὸ Ξέρξεω δειμαίνοντες* VIII, 15. *τὸ μὲν ἀπ' ἡμέων οὕτω ἀκίβδηλον ἐὸν νέμεται ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας* IX, 7, 1. Cfr. IV, 139. — *τοῦτό ἐστι ἡ ἀπὸ Σκυθέων ῥῆσις* IV, 127 (quæ tamen verba, ut spuria, multi editores uncis incluserunt; Abicht. quidem prorsus ea e contextu verborum ejecit; de hac re disputaverunt uberius Bæhr. et Stein.). — Fit igitur interdum, ut tum quoque ponatur *ἀπό,* quum potius *ὑπό* exspectaveris. Sic: *ἐδόκεε ἀπὸ τούτων τὴν κάτοδόν οἱ ἔσεσθαι* III, 138

(ubi Krueg. *ὑπό* conjicit). Cfr. VIII, 106. — *οὐδὲν μέγα ἔργον ἐγένετο ἀπ' αὐτοῦ* I, 14. *ἔφασαν πρὸς ταῦτα ζήτησιν μεγάλην ἀπὸ σφέων γενέσθαι τῶν γυναικῶν τούτων* II, 54. *τούτων δή μιν εἵνεκεν καλέσαντες φίλον προσεκτέοντο πίστι τε λαβόντες καὶ ὁρκίοισι, ἦ μὲν ἕξειν παρ' ἑωυτῷ μηδ' ἐξοίσειν μηδενὶ ἀνθρώπων τὴν ἀπὸ σφέων ἀπάτην ἐς Πέρσας γεγονυῖαν* III, 74. Cfr. ib. 78. V, 2. VI, 98. — *τῇ Ἑλλάδι πενίη μὲν αἰεί κοτε σύντροφός ἐστι, ἀρετὴ δὲ ἔπακτός ἐστι, ἀπό τε σοφίης κατεργασμένη καὶ νόμου ἰσχυροῦ* VII, 102. *Ἀρτάβαζος οὐκ ἠρέσκετο λειπομένου Μαρδονίου ἀπὸ βασιλέος.* IX, 66[1]).

*e*) Post verba discendi nonnumquam dicitur *ἀπό* de auctore. Velut *ἀπ' Ἑλλήνων μαθόντες* I, 135. Cfr. II, 36. 49. III, 111. *ταῦτα Ἕλληνες ἀπ' Αἰγυπτίων νενομίκασι* II, 51.

*f*) Paucis in locis eandem fere vim accipit ac *περί* cum Genetivo: *ταῦτα μὲν τὰ ἀπὸ τούτων τῶν ποταμῶν* IV, 53 fin. — *οὕτω ὦν καὶ τὰ ἀπὸ τῆς νήσου τῆς ἐπὶ Λιβύῃ κειμένης οἰκότα ἐστὶ ἀληθείῃ* IV, 195. *τὰ μὲν ἀπὸ Σικελίης τοσαῦτα* VII, 167 fin. *τούτους οἱ Ἕλληνες ἐξιστορήσαντες τὰ ἐβούλοντο πυθέσθαι ἀπὸ τῆς Ξέρξεω στρατιῆς, ἀποπέμπουσι κ. τ. λ.* VII, 195.

*g*) Notemus denique locutionem *ἀπὸ τόρνου*, in qua est instrumenti notio: *γῆν ἐοῦσαν κυκλοτερέα ὡς ἀπὸ τόρνου* IV, 36.

*Ἐκ.* In usu voculæ *ἐκ* hæc rariora commemoremus:

*a*) Prægnanter nonnumquam posita idem fere significat atque *ἔξω: ἐκ τοῦ μέσου κατῆστο* III, 83. Cfr. IV, 118. VIII, 22. 73. — *ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ τετράκις ἔλεγον ἐξ ἠθέων τὸν ἥλιον ἀνατεῖλαι.* II, 142,

---

[1]) Cfr. tamen Bernhardy. l. c. p. 224 qui de hoc exemplo aliter judicat.

ubi tamen quum difficile sit, quæ sit vera loci sententia, dijudicare, de significatione præpositionis nihil pro certo affirmari potest[1]). — Eadem loci significatio subesse videtur in I, 50: *ὡς δὲ ἐκ τῆς θυσίης ἐγένετο, καταχεάμενος κ. τ. λ.* ubi *ἐκ* ita ponitur ut sæpius apud Herodotum *ἀπό*.

*b*) Indicatur delectus, cujus significationis, quum permulta etiam apud Atticos inveniantur exempla, duo tantum Herodotea notabiliora addam: *μετὰ δὲ ἐκ πάντων ὑπεκρίνατο Ἱστιαῖος* i. e. "nomine omnium." IV, 139. *προηγόρευε εὖ ἔχοντα ἐκ πάντων Θεμιστοκλέης* i. e. "præ omnibus ducibus" VIII, 83.

*c*) Usurpatur hæc præpositio de auctore rei alicujus

*α*) post verba accipiendi, audiendi, discendi: *εἶχε τὸ κράτος τῆς στρατιῆς ἐκ βασιλέος* IX, 42. Cfr. I, 192. *ἀκούσας ταῦτα ἐκ τοῦ κήρυκος* III, 62. Cfr. V, 13. — *θέλων δὲ τούτων πέρι σαφές τι εἰδέναι ἐξ ὧν οἷόν τε ἦν κ. τ. λ.* II, 44. — Similem in modum conjungitur *μανθάνειν* I, 8. *πυνθάνεσθαι* III, 16 cum hac eadem præpositione.

*β*) Imprimis vero notandum est, Herodotum sæpissime *ἐκ* ad agentem, qui vocatur, indicandum post verba aut passiva aut passivæ notionis ponere, cum quibus in prosa oratione Attica *ὑπό* conjungi solebat. Ad quem usum hæc exempla viam ostendunt: *ἐδέθη ὑπὸ Χίων καταγνωσθεὶς πρὸς αὐτῶν νεώτερα πρήσσειν πρήγματα ἐς ἑωυτοὺς ἐκ Δαρείου* = auctore Dario VI, 2. *ἴσθι ἐξ ἐμέο τὰ ποιεύμενα ὑπὸ Μήδων* i. e. "me auctore" VIII, 80.

*αα*) post *εἶναι* et *γίνεσθαι: οὐδὲν τοιοῦτο ὑπώπτευον ἐξ αὐτῶν ἔσεσθαι* III, 77. Cfr. IV, 146. V, 90. VI, 13. VII, 223. VIII, 140, 2.

---

[1]) Cfr. Bæhr. et Stein. (in annot. ad hunc locum).

*τὰ γενόμενα ἐξ ἀνθρώπων* I, prooem. *καὶ γάρ τινες αὐτοὺς εὐεργεσίαι εἶχον ἐκ Κροίσου πρότερον ἔτι γεγονυῖαι.* ib. 69. Cfr. III, 48. 79. V, 21. VI, 13. 78. VIII, 140, 1. IX, 16. 58.

*ββ*) post verba *ποιέεσθαι, πρήσσεσθαι, ἐπιτελέεσθαι,* sim. (semper verbum in participio est): *τὸ ποιηθὲν ἐκ τοῦ ἀνδρός* I, 10. — *τὰ ποιεύμενα ἐκ τῆς γυναικός* V, 12. — *ἦσαν γάρ οἱ ἐκ τοῦ Ἀρκεσίλεω εὐεργεσίαι ἐς Καμβύσεα πεποιημέναι* IV, 165. Cfr. I, 191. II, 151. 172. III, 14. V, 23. VI, 22. IX, 66. — *ταῦτα πρησσόμενα ἐκ τῶν Μυτιληναίων* I, 160. — *τούτων ἐξ ἐμεῦ ἐπιτελευμένων.* VII, 16, 3. Cfr. IX, 64. — *τοῖσι ἐξ ἑωυτοῦ ἐξεργασμένοισι.* VII, 164, — *ἐς τιμωρίην παρασκευαζομένοισι αὐτοῖσι ἐκ Λακεδαιμονίων πρῆγμα ἐγειρόμενον ἐμπόδιον ἐγένετο* V, 90. Cfr. VII, 148. — *τὰ ἐκ τῶν Ἀλκμαιωνιδέων μεμηχανημένα* V, 90. — *εἰ χρὴ σταθμώσασθαι τοῖσι ὑπαργμένοισι ἐξ ἐκείνων.* VII, 11.

*γγ*) Post varia verborum genera ut dicendi, imperandi, vetandi, suadendi, cett.

*τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ ἐξ Ὀτάνεω εἰ χρήσεσθε, ἐπίστασθε ὅτι ἀπολέεσθε κάκιστα.* III, 71. — *τὰ ἐκ τοῦ Ἀρισταγόρεω λεγόμενα* V, 32. Cfr. VII, 149. 175. 237. VIII, 119.

*τὸ προσταχθὲν ἐκ τοῦ Κύρου.* I, 114. Cfr. II, 121, 5. VII, 95. — *τὰ ἐντεταλμένα ἐκ τοῦ Μάγου.* III, 62. Cfr. V, 2. — *ἐκ βασιλέος ὧδε ἐπέσταλται* VI, 97. Cfr. VII, 223. — *οἱ φόροι ἐτάχθησαν ἐξ Ἀρταφέρνεος* VI, 42. — *τοῖσι ἐκ σεῦ πρώτοισι προειρημένοισι.* VII, 18.

*ἀπειρῆσθαί οἱ ἐκ τῶν γειναμένων.* VI, 61. — *τρόπῳ τῷ ἐξ ἐμεῦ ὑποκειμένῳ* III, 40.

*ἡμεῖς αἰεί κοτε ἀξιεύμεθα ταύτης τῆς τάξιος ἐκ τῶν συμμάχων ἁπάντων.* IX, 26.

*ἅμα τῷ ἔαρι τῶν ἄλλων καταλελυμένων στρατηγῶν ἐκ βασιλέος Μαρδόνιος κατέβαινε ἐπὶ θάλασσαν.* VI, 43.

εἴ τι οἱ κεχαρισμένον ἐξ αὐτοῦ ἐδωρήθη I, 87. Cfr. VIII, 114. 136. — (οἱ αἰτιώτατοι τῶν Βαρκαίων) ἐπεί τέ οἱ ἐκ τῶν Περσέων παρεδόθησαν κ. τ. λ. IV, 202. Cfr. III, 62. — σήμηνον μὲν Πέρσῃσι τὰ ἐκ τοῦ θεοῦ πεμπόμενα VII, 18.

οὐδὲ λόγος αἱρέει ἀναδεχθῆναι ἔκ γε ἂν τούτων ἀσπίδα VI, 124.

ἡ δὲ ἔχθρη ἡ προοφειλομένη ἐς Ἀθηναίους ἐκ τῶν Αἰγινητέων. V, 82.

γ) Prægnanter denique etiam post substantiva ponitur: τὰ ἐξ Ἑλλήνων τείχεα i. e. "muri a Græcis exstructi" II, 148. — αἱ ἐξ Ἀμάσιος ἐντολαί. III, 16. — τῆς ἐξ Ἱστιαίου εὐεργεσίης. V, 11. — τὴν παραίνεσιν τὴν ἐκ Μαρδονίου. IX, 44.

d) Huic usui is finitimus est, quo instrumentum indicatur; hoc exemplum sufficiat: λίθους ἐκ πυρὸς διαφανέας IV, 73; (ib. vero cap. 75: τοὺς διαφανέας λίθους τῷ πυρί).

e) Iam vero est animadvertendum, usum illum voculæ ἐκ, quo verbis nectendi additur, paulo latius apud Herodotum patere, qui, nullo ejusmodi notionis verbo apposito, præpositionem cum verbis ducendi, ferendi conjungit. Sic: ἐκ τοῦ βραχίονος ἵππον ἐπέλκουσαν V, 12. — φιάλας ἐκ τῶν ζωστήρων φορέειν IV, 10.

f) Restat ut locutiones aliquot adverbiales afferamus, quas efficit ἐκ adjectivis feminini generis adjunctum: ἐκ νέης I, 60. V, 116. — ἐξ ὑστέρης I, 108. V, 106. VI, 85. — ἐκ τῆς ἰθέης II, 161. III, 127. IX, 37. ἐξ ἐναντίης VII, 225. VIII, 7. ἐκ τῆς ἀντίης VIII, 6[1]).

---

[1]) Rationi Epicorum duas præpositiones copulandi convenienter jungit Herodotus ἐκ cum παρά et ὑπό, et πάρεξ quidem — idem valens atque χωρίς apud Atticos — invenitur persæpe, velut I, 14. 93. 192 bis. II, 4. IV, 46. V, 7. 31. 66. VII, 52. 87. 196. VIII, 2. 48. cett. Cfr. Bredovium: De Dialecto Herodotea, p. 115; semel invenitur tamquam adverbium I, 130, ubi ultima syllaba accentum habet; ὑπέκ invenitur III, 116.

*B) Cum Dativo.*

Ἐν et Σύν. Ex his præpositionibus eodem prorsus modo, quo Attici, videtur Herodotus σύν adhibuisse; ac quamquam idem, ut opinor, in universum de usu voculæ ἐν affirmari potest, commemorentur tamen locutiones nonnullæ, si non dialecti Herodoti plane propriæ, at valde ei familiares: ἀγάλματα μὲν καὶ νηοὺς καὶ βωμοὺς οὐκ ἐν νόμῳ ποιευμένους ἱδρύεσθαι κ. τ. λ. I, 131. — τοὺς Ἴωνας ἐν οὐδενὶ λόγῳ ποιησάμενος I, 153. Cfr. III, 50. VII, 14. 16, 3. 57. — ἐν ἐλαφρῷ ποιέεσθαι III, 154. — ἐν ὁμοίῳ ποιέεσθαι VIII, 109. — ἐν ἀνδραπόδων λόγῳ ποιέεσθαι III, 125. Cfr VII, 222. — ἐν κέρδεϊ ποιέεσθαι VI, 13. — ἐν ἀλογίῃ ποιέεσθαι VII, 226. — ἐν ἀδείῃ ποιέεσθαι IX, 42. — Simil. ἐν τιμῇ ἄγεσθαι I, 134. II, 83. ἐν τιμῇ τίθεσθαι III, 3. — οἱ δὲ ἐν φρενὶ λαβόντες τὸ ποιηθὲν ἐκ Ψαμμιτίχου κ. τ. λ. II, 151, quam dictionem a consuetudine sermonis Attici plane recedere affirmat Krueg. (in ann. ad hunc locum).

Ab usu autem loquendi Atticorum prorsus abhorret mira illa formula ἐν ἡμετέρου, quæ legitur I, 35 et VII, 8, 4. pro ἐν ἡμῶν scil. οἰκίᾳ.

*C) Cum Accusativo.*

Ἀνά. Hanc voculam omnino apud Atticos raro usu venire ejusque potestatem anguste admodum valere, indicat Krueg. (l. c. I & II, §. 68, 20 et annot.). In Herodoteo vero sermone aliam esse rationem, ex his exemplis patebit:

*a*) Primaria ascendendi vis subjecta est his locis: ἀνὰ τὸν ποταμὸν γὰρ δὴ οὐκ οἷά τέ ἐστι πλώειν οὐδενὶ τρόπῳ ὑπὸ τάχεος τοῦ ποταμοῦ I, 194. — Cfr. II, 4. 96. III, 13. IX, 89. IV, 18 (ἀνὰ τὸν Βορυσθένεα).

*b*) Notionem habet *ἀνά* patendi vel diffundendi per spatium aliquod: (*ἔλεγον*) *ἐπὶ Ἄτυος τοῦ Μάνεω βασιλέος σιτοδείην ἰσχυρὴν ἀνὰ τὴν Λυδίην πᾶσαν γενέσθαι* I, 94. — *αὕτη μὲν ἀπεδέξατο χώματα ἀνὰ τὸ πεδίον.* ib. 184. — Cfr. I, 96. 97. 193. II, 85. 91. 111. III, 39. IV, 14. 22. V, 38. 102. VI, 48. 86, 1. 131. 138. VII, 150. VIII, 10. IX, 44. 80. 99.

*c*) Transfertur ad tempus præpositio: *κατὰ τοῦ Λύκου τὴν ἐπωνυμίην Λύκιοι ἀνὰ χρόνον ἐκλήθησαν*, eodem fere sensu, quo Attice dicitur (*τῷ*) *χρόνῳ.* I, 173. Cfr. II, 151. V, 27. VII, 10, 6. 153. 170. — *οἱ δὲ ἀνὰ τὰς προτέρας ἡμέρας ὑπεξιόντες ἐς τὰ στεινόπορα ἐμάχοντο, τότε δέ κ. τ. λ.* VII, 223. — *ἔπλωον οἱ Ἕλληνες ἐς τὸν Ἰσθμὸν ἀριστήϊα δώσοντες τῷ ἀξιωτάτῳ γενομένῳ Ἑλλήνων ἀνὰ τὸν πόλεμον τοῦτον.* VIII, 123.

Distributive vero positum est *ἀνά* in his locis: *τῷ δὲ τοὺς πλείστους* (*παῖδας*) *ἀποδεικνύντι δῶρα ἐκπέμπει ὁ βασιλεὺς ἀνὰ πᾶν ἔτος* I, 136. Cfr. II, 4. 99. III, 97. 160. IV, 7. V, 114. VII, 106. — *ἐκφέρεται δὲ ἐκ τοῦ οἰκήματος ἀνὰ πάντα τὰ ἔτεα.* II, 132. — *τὴν δὲ ὁρτὴν ταύτην ἄγουσι Ἀθηναῖοι ἀνὰ πάντα ἔτεα.* VIII, 65 (ubi Dind. *ἀνὰ πέντε ἔτεα* scribit). — *ῥηχίη δ' ἐν αὐτῷ καὶ ἄμπωτις ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην γίνεται* II, 11. Cfr. ib. 37. 130. VI, 61. VII, 198. IX, 38. *νεομηνίας δὲ ἀνὰ πάσας καὶ ἑβδόμας ἱσταμένου τοῦ μηνὸς δίδοσθαι ἐκ τοῦ δημοσίου ἱρήϊον τέλειον ἑκατέρῳ.* VI, 57.

*d*) Etiam nominibus numeralibus addita habet hæc præpositio distributivam vim: *ἡ ὁδὸς ἡ ἡμερησίη ἀνὰ διηκόσια στάδια συμβέβληταί μοι.* IV, 101. — *ὡς ἀνὰ διηκοσίους ἄνδρας λογιζομένοισι ἐν ἑκάστῃ νηΐ* VII, 184; in eod. cap. paulo infra *ἀν' ὀγδώκοντα ἄνδρας.*

*e*) Insolenter ponitur *ἀνά* IX, 86: *ἐδόκεε ἐξαιτέειν αὐτῶν τοὺς μηδίσαντας, ἐν πρώτοισι δὲ αὐτῶν Τιμη-*

*γενίδην καὶ Ἀτταγῖνον, οἳ ἀρχηγέται ἀνὰ πρώτους ἦσαν*, eadem fere significatione atque *ἐν πρώτοισι*.

*Ἐς*. De usu præpositionis *ἐς* — hanc formam solam esse Herodoteam constat — hæc afferenda videntur:

*a*) Primum est observandum, post verba motum indicantia, præcipue translato sensu, *ἐς* etiam tum poni, quum de persona agitur; quo usu nihil est frequentius: *ἢν γάρ τοι ἐς βασιλέα ἀνενειχθῇ τὰ ἔπεα ταῦτα κ. τ. λ.* VIII, 65. — Cfr. ib. 69. IX, 98. — *καί σφι ἔδοξε, ἢν ἐς ἄλλον τινὰ τῶν ἑπτὰ ἔλθῃ ἡ βασιληΐη, ἐξαίρετα δίδοσθαι κ. τ. λ.* III, 84. — *ἀλλοτριοῦται ἡ ἀρχὴ ἐς τὸν παῖδα τοῦτον περιιοῦσα* I, 120. Cfr. II, 120. — *Κύρῳ ὁ δαίμων προέφαινε ὡς αὐτὸς μὲν — ἡ δὲ βασιληΐη αὐτοῦ περιχωρέοι ἐς Δαρεῖον* I, 210. — *οὗτος ὁ τάφος ἦν ἀκίνητος, μέχρι οὗ ἐς Δαρεῖον περιῆλθε ἡ βασιληΐη* I, 187. Cfr. III, 65. 140. VI, 111. *ἡ βασιληΐη ἀνεχώρησε ἐς τὸν παῖδα*. VII, 4. — *νῦν δὲ ἐπειδὴ περιελήλυθε ὁ πόλεμος καὶ ἀπῖκται ἐς ὑμέας, οὕτω δὴ κ. τ. λ.* VII, 158. — *ἐς Δαρεῖον ἀπίκετο γνώμην ἀποφαίνεσθαι* III, 71. — *ἀρξάμενος ἀπ' Ἀχαιμένεος ἐγενεηλόγησε τὴν πατριὴν τὴν Κύρου, μετὰ δὲ ὡς ἐς τοῦτον κατέβη κ. τ. λ.* III, 75. — *οὕτω δὴ ἐς Λεωνίδην ἀνέβαινε ἡ βασιληΐη*. VII, 205. — *σημαίνων δὲ ταῦτα τῷ λόγῳ διέβαινε ἐς Εὐρυβιάδεα*. VIII, 62. — *κῶς ἐς σέ τοι τούτων ἀνήκει τῶν πρηγμάτων τὸ κῦρος ἔχειν, νῦν ἔρχομαι φράσων*. VI, 109; eadem fere significatione dicitur paulo infra: *ταῦτα ὦν πάντα ἐς σὲ νῦν τείνει*.

*b*) Cum verbo *ἔχειν*, cujus usus est apud Herodotum latissimus (vide exempla apud Krueg. Gr. Gr. II, 52, 2, 3), dicitur *ἐς* de persona vel re, ad quam spectat aliquid aut pertinet: *τὰ ἐς Ἡσίοδόν τε καὶ Ὅμηρον ἔχοντα ἐγὼ λέγω*. II, 53 fin. Cfr. VI, 19. VII, 143 (ubi vide Krueg.). IX, 43. — *τὰ ἐς πόλεμον ἔχοντα*. I, 65. — *Ἀρταφέρνης ταῦτα ἐς τὴν ἀπόστασιν ἔχοντα εἶπε*. VI, 2.

*c*) Post verba ponendi, sidendi, sim. usurpatur etiam apud Herodotum modo ἐς modo ἐν nullo fere significationis discrimine. Satis est hæc afferre exempla: ἱζόμενοι ἐν τῷ Τηϋγέτῳ. IV, 145; ib. vero 146 et 148 ἐς τὸ Τηΰγετον. — Cfr. V, 25: θρόνον ἐς τὸν ἵζων ἐδίκαζε, continuo vero: ἐν τῷ κατίζων θρόνῳ δικάζει; neque vero ii loci prætermittendi videntur, ubi post ἀνακέεσθαι, ὑπεκκέεσθαι ἐς positum reperimus. Hæc exempla notavi: γνοὺς ὁ Δηϊόκης ἐς ἑωυτὸν πᾶν ἀνακείμενον. I, 97. Cfr. III, 31. — Σαλαμὶς περιγίνεται, ἐς τὴν ἡμῖν ὑπεκκέεται τέκνα τε καὶ γυναῖκες VIII, 60, 2.

*d*) De elliptico illo genere loquendi, quo ἐς Genitivo nominis aut pronominis adjungitur, omisso eo vocabulo, ad quod vere pertinet, ad nostrum propositum satis est monere de exemplis (jam a Krueg. l. c. II, 68, 21, 2 prolatis), ubi ἐς Genitivo reflexivi pronominis conjunctum invenitur: ἐς σεωυτοῦ I, 108; ἐς ἑωυτοῦ: IV, 5. 76. VI, 69. IX, 108. Insolitum autem in modum — quippe quum articulus a plurali abesse soleat — dicitur I, 78: ἔπεμπε θεοπρόπους ἐς τῶν ἐξηγητέων Τελμησσέων, ubi tamen Dind., Krueg., Lhard., Abicht. ἐς τοὺς ἐξηγητὰς Τελμησσέων scribunt; Steinius quidem conjicit ἐς Τελμησσέων τῶν ἐξηγητέων. — Differt vero ab illo loco nonnihil IV, 125: οἱ Σκύθαι κατὰ τὰ βεβουλευμένα ὑπέφευγον ἐς τῶν ἀπειπαμένων τὴν σφετέρην συμμαχίην πρώτην δὲ ἐς τῶν Μελαγχλαίνων τὴν γῆν, ubi animo scriptoris ad ἐς τῶν ἀπειπαμένων cet. jam τὴν γῆν obversatum esse apparet.

*e*) Neque vero usus finalis exemplis caret. Sic: Κλεομένης συνέλεγε ἐκ πάσης Πελοποννήσου στρατὸν, οὐ φράζων ἐς τὸ συλλέγει V, 74. (ubi Atticos ἐφ' ὅ scripturos fuisse judicant Ab., Krueg.). A quo exemplo paulo diversa est ratio loci illius scriptura incerti II, 116: ἀλλ' οὐ γὰρ ὁμοίως ἐς τὴν ἐποποιίην εὐπρεπὴς ἦν (οὗτος ὁ λόγος) τῷ ἑτέρῳ τῷ περ ἐχρήσατο, ἐς ὃ μετῆκε αὐτὸν δηλώσας κ. τ. λ., ubi vis causalis prævalet; in qua

tamen significatione ἐς ὅ ferri posse negavit Struvius [1]), quem secuti sunt Dind., Stein.; Lhard., Krueg. et Abicht. uncis tantum eas voculas incluserunt. Bæhr. vero scripturam codicum defendit.

*f*) Mira sane est lectio codicum in I, 185: καὶ νῦν οἳ ἂν κομίζωνται ἀπὸ τῆσδε τῆς θαλάσσης ἐς Βαβυλῶνα, καταπλώοντες ἐς τὸν Εὐφράτην τρὶς ἐς τὴν αὐτὴν ταύτην κώμην παραγίνονται; ubi Herodotum dicere voluisse: "qui Euphrate fluvio Babylonem proficiscuntur", apparet. Quæ sententia quum e verbis librorum non facile elici possit, ἐς ejectum voluerunt plerique, Schweigh., Krueg., Stein., Ab., Lhardy. Contorta sane mihi videtur interpretatio Bæhrii, existimantis καταπλώοντες hic prægnanti sensu accipi posse: "quando ad Euphratem devenerint eoque Babylonem vehuntur."

*g*) E locutionibus, quarum magnam libri Herodotei copiam suppeditant, hæ potissimum commemoratione dignæ videntur: ἐς χεῖρας ἄγεσθαι I, 126. IV, 79. VII,, 8 in. eodem fere sensu, quo alias ἐν χερσὶν aut μετὰ χεῖρας ἔχειν; ἐς θυμὸν βάλλεσθαι I, 84. VII, 51. VIII, 68. 3.

*h*) Notemus denique formulam illam temporalem ἐς οὗ, quæ nonnumquam pro ἐς ὅ in libris invenitur. Sic legitur sine ulla codicum discrepantia: I, 67. III, 31. IV, 30. 196. Pluribus vero locis scripturam codd. inter ἐς οὗ et ἐς ὅ variare, testatur Struvius [2]).

## De præpositionibus quæ Genitivo et Accusativo adduntur.

*Διά.* In hoc uno Herodotus ab Atticis differre videtur, quod διά cum Genitivo conjungit ad *præstantiam* significandam, quem usum ei cum sermone Ho-

---

[1]) Quæst. Herod. spec. I, p. 43.
[2]) l. c. spec. prim. p. 42.

meri et Pindari esse communem affirmat Krueg. (l. c. II, 68, 22, 3). Quæ apud Herodotum inveniuntur exempla, hæc fere sunt: *ἀνέθηκε ὑποκρητηρίδιον θέης ἄξιον διὰ πάντων τῶν ἐν Δελφοῖσι ἀναθημάτων* I, 25. *ἀνδρὶ εὐδοκιμέοντι διὰ πάντων δὴ τῶν βασιλέων τῶν ἐν Σπάρτῃ γενομένων* VI, 63. Cfr, VII, 83. VIII, 37. 69. 142.

Insolenter indicatur præpositione porrectio, quæ fit præter vel secundum locum quendam in IV, 39. *τὸ δ᾽ ἀπὸ Φοινίκης παρήκει διὰ τῆςδε τῆς θαλάσσης ἡ ἀκτὴ αὕτη παρά τε Συρίην τὴν Παλαιστίνην καὶ Αἴγυπτον ἐς τὴν τελευτᾷ* [1]).

*Κατά.* *A) Cum Genetivo* conjunctam adhibet Herodotus hanc præpositionem eodem fere modo, quo scriptores dialecti Atticæ veteris. Quæ vero aut magis inusitata aut plane ab illa discrepare videntur, hæc fere sunt:

*a*) Notemus locutionem illam *κατ᾽ ἄκρης* adverbium circumscribentem "penitus, funditus": *τὴν Μίλητον αἱρέουσι κατ᾽ ἄκρης* VI, 18. — Cfr. ib. 82.[2]).

*b*) Neque vero exemplis ullis confirmatus est usus præpositionis III, 60: *δεύτερον δέ ἐστι περὶ λιμένα χῶμα ἐν θαλάσσῃ, βάθος κατὰ εἴκοσι ὀργυιέων.* Quare haud scio an probanda sit conjectura Eltzii *βάθος καὶ εἴκοσι ὀργυιέων* suspicantis, quam lectionem receperunt Krueg., Abicht et Stein.

*B) Cum Accusativo.* De usu præpositionis *κατά* quarto casui adjunctæ apud Herodotum, sicut apud Atticos, latissime patente hæc commemoranda videntur [3]):

---

[1]) Cfr. Bernhardy l. c. p. 234.

[2]) Cfr. Krueg. II, 68, 23. 2.

[3]) Kuehn. l. c. II, 607, et Bernhardy l. c. p. 240 errant putantes *κατά* idem valens atque "e regione alicujus" sermonis Herodoti pæne proprium esse. Vide Krueg. ad Xen. Anab. I, 4, 3. et Sturzii Lex. Xenophont.

*a*) Ex eo usu, quo κατά indicat motum aliquo versus tendentem, facile deflexa est significatio *consilii*, designans id quod spectatur et petitur; qui usus est apud Herodotum frequentissimus. Sic: ἀποπλώειν κατὰ βίου τε καὶ γῆς ζήτησιν I, 94. κατέλαβε Ἴωνάς τε καὶ Κᾶρας ἄνδρας κατὰ ληΐην ἐκπλώσαντας ἀπενειχθῆναι ἐς Αἴγυπτον II, 152. — Cfr. ib. 44. 135. III, 139. VII, 136. 170. VIII, 106. IX, 89. — VIII, 83, ἧκε ἡ ἀπ' Αἰγίνης τριήρης, ἣ κατὰ τοὺς Αἰακίδας ἀπεδήμησε; it. 84; in eodem vero libro cap. 64: ἐπὶ δὲ Αἰακὸν νέα ἀπέστελλον ἐς Αἴγιναν.

*b*) Proxime abest ab hac significatione causalis vis, qua κατά sæpissime ab Herodoto usurpatur, velut: οἱ Φωκέες μοῦνοι τῶν ταύτῃ ἀνθρώπων οὐκ ἐμήδιζον, κατ' ἄλλο μὲν οὐδέν, ὡς ἐγὼ συμβαλλόμενος εὑρίσκω, κατὰ δὲ τὸ ἔχθος τὸ Θεσσαλῶν. VIII, 30. Cfr. I, 143. IV, 50. VI, 1. VII, 142. 165. 189. IX, 15. 38. 109. — Eam significationem præsertim in locutione κατὰ τοῦτο usu venire, viri docti recte monuerunt[1]), velut III, 109. 137. V, 3. VI, 44. 65. — Inprimis vero ii loci sunt notandi, ubi participium causalem vim obtinens per epanalepsin quandam subsequitur κατὰ τοῦτο pro διὰ τοῦτο, ut postulat loquendi consuetudo Atticorum[2]). Sic: ἐμαχέσαντο μὲν εὖ οἱ ξεῖνοι, πλήθεϊ δὲ πολλῷ ἐλάσσονες ἐόντες κατὰ τοῦτο ἑσσώθησαν II, 169. — οὐκ ἔχουσι δὲ τοῦτο διασημῆναι ἀτρεκέως, οὔτε εἰ ἕσσονες συγγινωσκόμενοι εἶναι τῇ ναυμαχίῃ κατὰ τοῦτο εἶξαν οὔτε κ. τ. λ. V, 86.

*c*) Observandus est usus apud Atticos, quod quidem sciam, rarus, apud Herodotum valde frequens, quo denotatur persona aut res, de qua quæritur aut ad quam pertinet aliquid; significat igitur κατά idem fere, quod περί Genetivo aut Accusativo

---

[1]) Kuehn. l. c. II, 607. — Fritsch. Vergleich. Bearbeitung der Griech. und Latein. Partikeln pars alt. p. 170.

[2]) Cfr. Krueg. l. c. I, 56. 12. 4.

adjunctum[1]): *κατὰ δὲ τὴν Ἀμφιάρεω τοῦ μαντηΐου ὑπόκρισιν οὐκ ἔχω εἶπαι* I, 49; ubi *κατά* idem valet ac *περί* cum Gen. — *κατὰ μὲν δὴ τὴν τροφὴν τῶν παιδίων τοσαῦτα ἔλεγον* II, 3. — *κατὰ δὲ τὸ μαντήϊον τὸ γενόμενον οὐκ ὀρθῶς Κροῖσος μέμφεται* I, 91. — *κατὰ μέν νυν τὸν κρητῆρα οὕτω ἔσχε* I, 71. Cfr. I, 92. VI, 1. *κατὰ μὲν τὸν ἔρωτα τὸν Ξέρξεω καὶ τὸν Μασίστεω θάνατον τοσαῦτα ἐγένετο* IX, 113 fin. Cfr. I, 171. 214. III, 120. V, 92, 6. VII, 171. IX, 77. *λέγουσι δὲ καὶ τόδε Ἀράβιοι ὡς πᾶσα ἂν γῆ ἐπίμπλατο τῶν ὀφίων τούτων εἰ μὴ γίνεσθαι κατ' αὐτοὺς οἷόν τι κατὰ τὰς ἐχίδνας ἠπιστάμην γίνεσθαι* III, 108; ubi *κατά* idem fere significat ac *περί* cum Acc. — *κατὰ δὲ τοὺς στρατηγοὺς τάδε ἐγίνετο* V, 112. — Cfr. I, 85. — *οὐδὲ κατὰ τὰ παιδία ποιεῦντες οἷόν τι καὶ οἱ νομάδες ἐώθασι ποιέειν* IV, 187. Cfr. V, 4. — *ἐγὼ ὦν σευ χρηΐζω μηδὲν νεοχμῶσαι κατ' ἄνδρας τούτους* V, 19.

*d*) Nominibus numeralibus additum *κατά* idem fere valet ac "circiter"; cujus usus hæc inveniuntur exempla: *λέγεται κατὰ τριηκοσίους μὲν τῶν νεῶν τὰς διαφθαρείσας εἶναι* VI, 44. *κατὰ πεντήκοντα δὴ ὦν τῶν Ἀργείων ὡς ἑκάστους ἐκκαλεύμενος ὁ Κλεομένης ἔκτεινε* ib. 79. Cfr. II, 145 (ter). VI, 117. VII, 173[2]).

In usu voculæ *Μετά* nihil Herodotum ab Atticis differre inveni.

De *Ὑπέρ* haec rariora commemoranda sunt: Cum Genetivo conjuncta eodem sensu dicitur hæc præpositio, quo alias *περί*, in IV, 8: *Σκύθαι μὲν ὧδε ὑπὲρ σφέων τε αὐτῶν καὶ τῆς χώρης τῆς κατύπερθε λέγουσι.*

Accusativo præpositum *ὑπέρ* locum quoque indicare reperimus: *οὐρέων τῶν ὑπὲρ Μέμφιν πόλιν κειμένων.* II, 10. *ῥιπτέουσι ὑπὲρ τὸν δόμον.* IV, 188.

---

[1]) Cfr. Bernh. l. c. p. 242.

[2]) Aliam notionem his exemplis subjectam esse vult Bernhard. l. c. p. 241 in ann.

## De præpositionibus cum Genetivo, Dativo, Accusativo conjunctis.

*Ἀμφί.* Rariores aliquot hujus præpositionis usus, qui ad similitudinem sermonis poëtarum propius quam scriptorum solutæ orationis Atticorum accedunt, hic annotandi sunt:

*A) Cum Gen.* *a*) Localis significatio est: *ἐπεὰν τοῖσι ἀμφικτίοσι πᾶσι τοῖσι ἀμφὶ ταύτης οἰκέουσι τῆς πόλιος μέλλῃ τι ἐντὸς χρόνου ἔσεσθαι χαλεπὸν, τότε κ. τ. λ.* VIII, 104, qui tamen locus, jam a Valckenario damnatus, num ab Herodoto profectus sit, jure in dubium vocarunt plerique editores, ex quibus Krueg., Ab., Stein. hoc totum caput uncis incluserunt; et Bæhr. quamquam hanc de Pedasensibus digressionem Herodoto adjudicat, negat tamen hunc locum plane integrum esse. Qui plura desiderat, ad Bæhr. et Stein. delego.

*b*) Translate dicitur *ἀμφί* eodem sensu, quo *περί* Genetivo additum: *ἀμφὶ μὲν κρίσιος τῶν μνηστήρων τοσαῦτα ἐγένετο* VI, 131; ubi tamen Abicht. et Stein. Dativum receperunt.

*B) Cum Dat.* *a*) Indicatur locus: *εἴ πέρ γε ἔμελλον οἱ οἰκήτορες ἀμφ' αὐτῇ (Σαλαμῖνι) τελευτήσειν κ. τ. λ.* VII, 143.

*b*) Significatur id, de quo quæritur: *ἀμφὶ μὲν νόμῳ τούτῳ ἐχέτω ὡς καὶ ἀρχὴν ἐνομίσθη* I, 140. Cfr. V, 52. — *ἀμφὶ δὲ τῷ θανάτῳ αὐτῆς διξὸς, ὥσπερ περὶ Σμέρδιος, λέγεται λόγος* III, 32. Cfr. IV, 127. — *ἀμφὶ δὲ ἀπόδῳ πείσομαί τοι* V, 19. — *ὡς δὲ ἀπὸ δείπνου ἐγένοντο οἱ μνηστῆρες ἔριν εἶχον ἀμφί τε μουσικῇ καὶ τῷ λεγομένῳ ἐς τὸ μέσον* VI, 129.

*c*) Causa indicatur, ubi de metu sermo est: *ὁ δὲ οὐδὲν φοβηθεὶς ἀμφὶ τῇ γυναικί κ. τ. λ.* VI, 62.

*C) Cum Accus.* Huic casui adstructum *ἀμφί* has fere significationes pauciores, quam apud Atticos, assumit.

*a*) Indicatur locus: *ἀμφὶ Σαλαμῖνα* VII, 142.

*b*) Circumscriptioni inservit, veluti *οἱ ἀμφὶ Λεωνίδην* VII, 206, et alia id genus; articulus neutrius generis appositus invenitur II, 142: *οὔτε τὰ ἀμφὶ νούσους οὔτε τὰ κατὰ τοὺς θανάτους* qui locus Passowium fugisse videtur, qui (in Lex.) affirmat hujus loquendi generis apud Xenophontem primum inveniri exempla. Recte vero animadvertit idem vir doctus, locutionem, quæ legitur IX, 69: *οἱ ἀμφὶ Μεγαρέας τε καὶ Φλιασίους* in eundem fere sensum accipiendam esse, quo in eodem cap. paulo infra dicitur *οἱ Μεγαρέες καὶ Φλιάσιοι,* monetque hunc præpositionis usum ad scriptores seriorum ætatum pertinere.

*Περί. A) Cum Genetivo* conjunctam eodem modo, quo Attici, Herodotus usurpat hanc præpositionem. Satis est igitur locutiones nonnullas ab illis rarius usurpatas afferre; ejus generis sunt: *γλίχεσθαι περὶ τῆς ἐλευθερίης* II, 102; in quo verbo Genetivum solum ponebant. *ἄνδρες ἀγαθοὶ γίνεσθαι περὶ τῆς ἐλευθερίης* V, 2; hic potuit *περί* locum habere, quoniam inest notio certandi. Eadem fere est ratio hujuscemodi locorum: *τρέχων περὶ τῆς ψυχῆς* IX, 37. *περὶ ἑωυτοῦ τρέχων* VII, 57. *περὶ τοῦ παντὸς ἤδη δρόμον θέοντες* VIII, 74. *πολλοὺς πολλάκις ἀγῶνας δραμέονται περὶ σφέων αὐτῶν οἱ Ἕλληνες* ib. 102. *θέειν αἰεὶ περὶ ὑμέων αὐτῶν* ib. 140, 1. — Iam vero est annotandum, Herodotum non modo post verba *φροντίζειν, φοβέεσθαι,* sed etiam post *ἀλγέειν* et *ἄχθεσθαι περί* ponere, in quibus verbis constat aliam structuram a scriptoribus Atticis esse adhibitam: *τοῦδε δὲ εἵνεκεν ταῦτα ἐποίεε, ἵνα μὴ συντυχίης δεινῆς τε καὶ μεγάλης Πολυκράτεα καταλαβούσης αὐτὸς ἀλγήσειε τὴν ψυχὴν ὡς περὶ ξείνου ἀνδρός* III, 43. *οὐκ οὕτω περὶ τῶν*

*νεῶν ἀχθόμενοι* ταῦτα οἱ Πέρσαι ἐποίευν VIII, 99. — Insolenter id quoque dictum esse videtur, quod legitur III, 128: βιβλία γραψάμενος πολλὰ καὶ *περὶ πολλῶν ἔχοντα* "libelli multi et in quibus de multis rebus agebatur" interprete Schweigh. a Bæhr. laudato.

*B) Cum Dativo* jungitur περί persæpe ab Herodoto.

*a*) Significatur locus: στέφανον *περὶ τῇσι κεφαλῇσι* ἔχουσαι I, 199. *περὶ* μὲν *τῇσι κεφαλῇσι* εἶχον τιήρας καλεομένους — *περὶ* δὲ *τὸ σῶμα* κ. τ. λ. VII, 61; ubi simul mutatio casus est observanda. Cfr. IV, 168. VII, 63. 64 (bis). 77. 78. — περὶ τοῖσι αὐχέσι τε καὶ τοῖσι ἀριστεροῖσι ὤμοισι περικείμενοι (scil. τὰς ἀσπίδας). I, 171. περὶ τῇ κεφαλῇ κείμενον τὸν στέφανον VII, 19. — Significatio localis prævalere videtur etiam in IX, 101: μὴ περὶ Μαρδονίῳ πταίσῃ ἡ Ἑλλάς, "ne in Mardonio illidatur", i. e. "Mardonio succumbat Græcia", ut interpretatur Schweighaeuserus.

*b*) Post verba timendi indicatur persona vel res, cui timet aliquis, velut περὶ ἑωυτῷ δειμαίνοντα III, 35. Cfr. VII, 163. 212. VIII, 74. 99. IX, 73.

Quod denique attinet ad explicationem scripturæ vulgatæ in III, 50: περὶ θυμῷ ἐχόμενος i. e. ira correptus, mihi quidem probatur sententia Passowii (Lex. sub περί), tmesin esse hoc loco statuendam putantis. Inepte, ut videtur, judicat Bæhrius huc facere Homerica illa: ἀλύσσοντες περὶ θυμῷ Il. XXII, 70; περὶ δ' ἤθελε θυμῷ ib. XXIV, 236. et alia id genus. Alii vero aliter mutarunt, et leviter Steinius quidem πέρι scribens. Abicht. conjicit περιθύμως ἔχων excitans II, 162; Lhardyo autem placuit conjectura Eltzii περίθυμος ἐχόμενος.

*C) Cum Accusativo.* In usu voculæ περί quarto casui additæ afferendi sunt loci nonnulli, ubi Geneti-

vum potius ex hac eadem præpositione pendentem exspectaveris; quod tamen genus loquendi ne ab Atticis quidem alienum est[1]).

Ejusmodi sunt: *περὶ μὲν τοὺς ἰχθῦς οὕτω ἔχει* II, 93. Sim. VIII, 86 in. — *ἔλεγον ὡς εἶχε περὶ τὴν Ἑλένην καὶ τὴν ἐς Μενέλεων ἀδικίην.* II, 113. In eodem capite paulo supra: *πυθόμενοι τὸν περὶ τὸ ἱρὸν ἔχοντα νόμον.* Cfr. VI, 26.

Huc non opus esse videtur, ut Bæhrio et Steinio placet, hujuscemodi locos referre: *εἰρώτευν περὶ Πακτύην ὁκοῖόν τι ποιέοντες θεοῖσι μέλλοιεν χαριεῖσθαι* I, 158; ubi vim verbi *ποιέοντες* ad *περὶ Πακτύην* pertinere, nemo non videt; quod vero attinet ad II, 18: *μαρτυρέει δέ μοι τῇ γνώμῃ, ὅτι τοσαύτη ἐστὶ Αἴγυπτος, ὅσην τινὰ ἐγὼ ἀποδείκνυμι τῷ λόγῳ, καὶ τὸ Ἄμμωνος χρηστήριον γενόμενον, τὸ ἐγὼ τῆς ἐμεωυτοῦ γνώμης ὕστερον περὶ Αἴγυπτον ἐπυθόμην,* facile apparet, posse vocabula illa *περὶ Αἴγυπτον,* ut recte monet Krueg., ad verbum referri[2]).

*Παρά.* In hac præpositione monendum est de exemplis quibusdam ab usu communis Atticorum sermonis recedentibus. Cum Genetivo dictum est *παρά* etiam de rebus: *ταῦτα οἱ Ἕλληνες οἱ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ στρατοπεδευόμενοι πυνθάνονται παρὰ πυρσῶν ἐκ Σκιάθου* "per ignes e Sciatho editos" VII, 182; quod unus cod. *διά* exhibet, librario perito deberi, omnes editores judicarunt.

Neque vero Dativum apud Atticos quidem scriptores, nisi de personis agitur, hanc præpositionem sæpe excipere, satis constat; quare mentio hujusmodi

[1]) Vide Lex. Passow.

[2]) Quum de loco agitur, usurpatur persæpe ab Herodoto *πέριξ* aut Genetivo aut Accusativo junctum. Prioris generis hæc afferantur exempla: I, 179. II, 91. IV, 152 (ubi tamen libri scripti variant). Posterioris hæc: I, 99. 196. II, 29. III, 158. IV, 15. 36. 52. 79. 180.

locorum facienda esse videtur: *νῦν ἕστηκε ἀνδριὰς ἐπωνυμίην ἔχων Ἀριστέεω παρ' αὐτῷ τῷ ἀγάλματι τοῦ Ἀπόλλωνος* IV, 15. *Βορυσθένης ῥέει καθαρὸς παρὰ θολεροῖσι* (scil. *ποταμοῖσι*) "in vicinia turbidorum" ib. 53. In I, 120, denique eodem fere sensu dicitur *παρὰ σμικρὰ καὶ τῶν λογίων ἔνια κεχώρηκε*, quo *ἐς ἀσθενές* mox, et paulo infra *ἐς φλαυρόν*.

*Πρός*. *Cum Genetivo*. Quæ mihi videntur a sermone scriptorum Atticorum recedere, hæc fere sunt:

*a*) Ad situm loci cujusvis indicandum ab Herodoto, sicut ab aliis scriptoribus, usurpatur *πρός* promiscue vel Genetivo vel Accusativo adjunctum. Est tamen in hoc genere imprimis observandum, apud Herodotum passim locos inveniri, ubi in eadem periodo simul adhibetur utraque structura. Sic: *ἕστησε ἀνδριάντας δύο, τῶν Αἰγύπτιοι τὸν μὲν πρὸς βορέεω ἑστεῶτα καλέουσι θέρος, τὸν δὲ πρὸς νότον χειμῶνα* II, 121, in. *διέβαινον κατὰ μὲν τὴν ἑτέρην τῶν γεφυρέων τὴν πρὸς τοῦ Πόντου ὁ πεζός τε καὶ ἡ ἵππος ἅπασα, κατὰ δὲ τὴν πρὸς τὸ Αἰγαῖον κ. τ. λ.* VII, 55. Cfr ib. 126. 176.

Exemplum vero plane solitarium esse videtur illud IV, 122, ubi e præpositione semel posita in eadem sententia et Genetivus et Accusativus pendent: *οἱ Πέρσαι ἐδίωκον πρὸς ἠῶ τε καὶ τοῦ Ταναΐδος*. — Is denique locus est commemorandus, ubi potius Accusativum *πρός* præpositionem excipere exspectaveris: *ἔστι δὲ (τοῦτο) πρὸς τοῦ Τμώλου τετραμμένον τῆς πόλιος* I, 84; ceteris locis ponitur Accusativus, ut II, 101. 148. 153. VI, 22.

*b*) De auctore rei alicujus varie ponitur *πρός*.

*α*) Cum verbis audiendi, discendi, sim.; accipiendi sim.; in plerisque horum exemplorum dicitur *πρός*, ut apud Atticos *παρά*. *κατά περ ἤκουσε αὐτὸς πρὸς τοῦ βουκόλου τὸ πρῆγμα* I, 118. Cfr. III, 120. VII,

16, 1. — *ἔκτισαν δὲ ταύτην τὴν πόλιν πρὸς ἀνδρὸς Ποσειδωνιήτεω μαθόντες ὡς κ. τ. λ.* I, 167. Cfr. ib. 78. *ὅ τι μὲν βουλόμενος ἐκμαθεῖν πρὸς τῶν χρηστηρίων ταῦτα ἐνετέλλετο, οὐκ ἔχω φράσαι* VIII, 133. — *πυθόμενος πρὸς τῶν ἀγγέλων* V, 73. Cfr. VII, 226. VIII, 57. IX, 58. — *τάδε ἴστω καὶ ὁ μὴ ἐπακούσας ὑμέων πρὸς τοῦ ἐπακούσαντος* IX, 98.

*ἐδέετο τοῦ δήμου φυλακῆς τινὸς πρὸς αὐτοῦ κυρῆσαι* I, 59. *ἀτιμίης πρὸς ὑμέων κυρήσας οὐκ ὁμοιώσομαι ὑμῖν* VII, 158. — *τιμὰς πρὸς σέο μεγάλας ἔχομεν* I, 120. *αὗται μὲν δὴ ταύτην τὴν τιμὴν ἔχουσι πρὸς τῶν Δήλου οἰκητόρων* IV, 34. *δύναμιν πρὸς θεῶν ἔχει τὸν ἀδικέοντα σίνεσθαι* IX, 120. — *κατελθὼν ἐς πόλιν πρὸς τὸν πατέρα ἀποικτίζετο τῶν ὑπὸ Κύρου ἤντησε, λέγων δὲ οὐ Κύρου, ἀλλὰ πρὸς τοῦ βουκόλου τοῦ Ἀστυάγεω παιδός* I, 114. — *ἔπαινον εἶχε οὐκ ὀλίγον πρὸς τῶν πολιτέων* I, 96. *ἔπαινον ἕξεις πρῶτα μὲν ὑπὸ πάντων Σπαρτιητέων, αὖτις δὲ καὶ πρὸς τῶν ἄλλων Ἑλλήνων* IX, 78. — *ἵνα ἀσεβήσας περὶ τὰ ἱρὰ κακόν τι πρὸς θεῶν ἢ πρὸς ἀνθρώπων λάβοι* II, 139. *πρὸς Δαρείου κινδυνεύσουσι κακόν τι λαβέειν* VI, 9.

*β*) His proximis exemplis ea sunt affinia, ubi *πρός* adhibetur pro *ὑπό*, post verba neutrali forma, passiva vi utentia; cujus usus hæc afferantur exempla:

*οἱ Μυσοὶ ἐπ' αὐτὸν ἐξελθόντες ποιέεσκον μὲν οὐδὲν κακὸν, ἔπασχον δὲ πρὸς αὐτοῦ* I, 36. Cfr. ib. 73. III, 65. 74. V, 89. 109. VI, 21. 88. VII, 35. 138. VIII, 69. 143. — *Τριτανταίχμης δειλίην ὦφλε πρὸς βασιλέος* VIII, 26. — *βασιλεύοντα τὸ δεύτερον πρὸς τῶν ἕνδεκα βασιλέων καταλαμβάνει μιν φεύγειν* II, 152. — *Ἀθηναῖοι ὑμέων δέονται σφίσι βοηθῆσαι καὶ μὴ περιιδεῖν πόλιν ἀρχαιοτάτην ἐν τοῖσι Ἕλλησι δουλοσύνῃ περιπεσοῦσαν πρὸς ἀνδρῶν βαρβάρων* VI, 106; ubi tamen nihil obstat, quominus a *δουλοσύνῃ* substantivo pendere possit præpositio. — *τὰ τοιαῦτα ἔργα οὐ πρὸς τοῦ*

*ἅπαντος ἀνδρὸς νενόμικα γίνεσθαι, ἀλλὰ πρὸς ψυχῆς τε ἀγαθῆς καὶ ῥώμης ἀνδρηΐης* VII, 153; minus apte, ut mihi videtur, delegat Krueg. ad Gr. Gr. I, 68, 37. 1.

*γ*) Agentem denotat *πρὸς* cum verbis dicendi, existimandi, cognoscendi; appellandi; æstimandi; cett. Hæc fere exempla suppeditant libri:

*ὅ τι μέν νυν τὰ λοιπὰ τῶν χρηστηρίων ἐθέσπισε, λέγεται πρὸς οὐδαμῶν* I, 47. Cfr. VII, 60. 153. IX, 81.—*ἐόντες δὲ μητρὸς οὐ τῆς αὐτῆς ἐστασίαζον, ὁ μὲν Ἀρτοβαζάνης, κατ' ὅ τι πρεσβύτατός τε εἴη παντὸς τοῦ γόνου καὶ ὅτι νομιζόμενα εἴη πρὸς πάντων ἀνθρώπων κ. τ. λ.* VII, 2. Cfr. ib. 10, 7. 151. — *δεδόξωσθε πρὸς αὐτοῦ ἄνδρες εἶναι ἀγαθοί* VII, 135.

*ὁ μὲν δὴ Ἴστρος πρὸς πολλῶν γινώσκεται* II, 34. Cfr. IV, 45 (bis). VI, 2 (*καταγνωσθείς*).

*Πελειάδες δέ μοι δοκέουσι κληθῆναι πρὸς Δωδωναίων ἐπὶ τοῦδε αἱ γυναῖκες διότι κ. τ. λ.* II, 57. Cfr. III, 115. VII, 62. In VI, 57: *τὠυτὸ δὲ τοῦτο καὶ πρὸς ἰδιωτέων κληθέντας ἐπὶ δεῖπνον τιμᾶσθαι*, videtur *πρὸς ἰδιωτέων* non minus ad *τιμᾶσθαι* quam ad *κληθέντας* referri debere.

*τὴν ἶβιν διὰ τοῦτο τὸ ἔργον τετιμῆσθαι λέγουσι Ἀράβιοι μεγάλως πρὸς Αἰγυπτίων* II, 75. Cfr. V, 20. VI, 52. VIII, 124. 125. — *πάντων πρὸς σέο βουλευμάτων ἐπακούειν ἀξιεῦμαι* V, 106. *τὸν δὲ δεινόν τι ἔσχε ἀτιμάζεσθαι πρὸς Πεισιστράτου* I, 61. — *πρῶτοι Ἄνδριοι νησιωτέων αἰτηθέντες πρὸς Θεμιστοκλέος χρήματα οὐκ ἔδοσαν* VIII, 111.

*ἤθελε μαθεῖν τὸ ποιεύμενον πρὸς τῶν Λακεδαιμονίων* VII, 209. — *ἐπιστάμενος ὢν ὡς περιυβρισμένος εἴη πρὸς αὐτῶν, ἐπενόεε κ. τ. λ.* II, 152. — *πολέμου δὲ ἐόντος πρὸς Λαμψακηνοὺς καὶ Στησαγόρην κατέλαβε ἀποθανεῖν ἄπαιδα, πληγέντα τὴν κεφαλὴν πελέκεϊ ἐν τῷ πρυτανηΐῳ πρὸς ἀνδρὸς αὐτομόλου κ. τ. λ.* VI, 38. — *οὐκ ἔφασαν ὠθεόμενοι πρὸς αὐτῶν ἐπὶ*

*κεφαλὴν ποιήσειν ταῦτα* VII, 136. — *Πέρσαι οἴχοντο ἀποστάντες, ἑσσωθέντες γνώμῃ πρὸς Κύρου* IX, 122. — *τὰ μὲν δὴ ἄλλα ὄρνεα καὶ θηρία φεύγει τὸν κροκόδειλον, ὁ δὲ τροχίλος εἰρηναῖόν οἵ ἐστι, ἅτε ὠφελεομένῳ πρὸς αὐτοῦ* II, 68.

*λέγουσί σφι τιμὰς ἄλλας δεδόσθαι πρὸς σφέων* IV, 35. — *δείσας, μὴ ἀπαιρεθέω τὴν ἀρχὴν πρὸς τοῦ ἀδελφεοῦ, ἐποίησα ταχύτερα ἢ σοφώτερα* III, 65.

*δ*) Afferantur denique ii loci, ubi sine verbo ullo passivo *πρός* ponitur e substantivo aut adjectivo aut locutione passivam vim obtinente aptum: *δουλοσύνην διέφυγον πρὸς Περσέων* III, 19. Cfr. VI, 45. VII, 154. IX, 27. — *ταῦτα ἔλεγε ἀποθήκην μέλλων ποιήσεσθαι ἐς τὸν Πέρσην, ἵνα, ἤν ἄρα τί μιν καταλαμβάνῃ πρὸς Ἀθηναίων πάθος, ἔχῃ ἀποστροφήν* VIII, 109. — *ἡμερώσας δὲ Αἴγυπτον τὴν ἐξυβρίσασαν στρατηλάτεε ἐπὶ τὰς Ἀθήνας, ἵνα λόγος τέ σε ἔχῃ πρὸς ἀνθρώπων ἀγαθός* VII, 5. — *αὐτοὶ δὲ ἐμεῦ πρότερον δεηθέντος — ἐπισκήπτοντός τε τὸν Δωριέος πρὸς Ἐγεσταίων φόνον ἐκπρήξασθαι οὔτε ἐμεῦ εἵνεκεν ἤλθετε κ. τ. λ.* VII, 158. — *νῦν ὦν ὑμεῖς τάδε ποιεῦντες ἐκτὸς μὲν ἔσεσθε πρὸς ἐκείνου αἰτίης, ἐκτὸς δὲ πρὸς ἡμέων* IV, 133. — *Μεγάβαζος ἐλίπετο ἀθάνατον μνήμην πρὸς Ἑλλησποντίων* IV, 144. — *ἐπέτηξε τὸν κηρὸν ἐπὶ τὰ γράμματα, ἵνα φερόμενον κεινὸν τὸ δελτίον μηδὲν πρῆγμα παρέχοι πρὸς τῶν ὁδοφυλάκων* VII, 239; (at hoc totum caput a manu interpolatoris profectum esse judicant Krueg. et Abicht.).

*γνώμην εἶχον ἀτρεμίζοντά σε μακαριστὸν εἶναι πρὸς πάντων ἀνθρώπων* VII, 18. — *αἱ λίην ἰσχυραὶ τιμωρίαι πρὸς θεῶν ἐπίφθονοι γίνονται* IV, 205. Cfr. VII, 139, ubi tamen *γίνεσθαι* omissum est. — *λόγου οὐδενὸς γινόμεθα πρὸς Περσέων* I, 120. *ἦσαν δὲ οὗτοι οἱ διαφέροντές τε τὴν ψῆφον καὶ ἐόντες λόγου πρὸς Περσέων* IV, 138.

In V, 92, 6: *ἀπηγεόμενος τά περ πρὸς Θρασυβούλου ὀπώπεε*, animo scriptoris *ποιεύμενα* vel tale quid obversatum esse videtur.

In usu voculæ *πρός* Dativo præpositæ nihil, Accusativo pauca modo, quæ hic commemorarentur, apta e libris Herodoteis enotavi. *Πρός* enim cum Accusativo peculiarem in modum nonnumquam ita inservit comparationi unius cum multis ejusdem generis rebus, ut eas omnes illa æquiparare vel etiam superare significetur; hujusmodi usus hæc inveni exempla: *ἔρχομαι δὲ περὶ Αἰγύπτου μηκυνέων τὸν λόγον ὅτι πλέω θωμάσια ἔχει ἢ ἄλλη πᾶσα χώρη καὶ ἔργα λόγου μέζω παρέχεται πρὸς πᾶσαν χώρην* II, 35. *φόρον ἀπαγίνεον πρὸς πάντας τοὺς ἄλλους, ἑξήκοντα καὶ τριηκόσια τάλαντα ψήγματος* III, 94. *Ἀθηναῖοι μὲν (ἐστρατεύοντο) πρὸς πάντας τοὺς ἄλλους παρεχόμενοι νέας ὀγδώκοντα καὶ ἑκατόν* VIII, 44 [1]).

Minus usitate dicitur V, 95: *ὅπλα ἀνεκρέμασαν πρὸς τὸ Ἀθηναῖον*, ubi aut *ἐς* aut *πρός* Dativo præpositum exspectaveris. Vide Stein. ad hunc locum.

*Ἐπί*. *A) Cum Genetivo*. *a)* Locum significans a sermone Attico aliene usurpatur hæc præpositio cum verbo *ἐπικέεσθαι* VII, 6: *αἱ ἐπὶ Λήμνου ἐπικείμεναι νῆσοι*, in qua scriptura retinenda quamvis omnes codices conspirent, receperunt tamen Krueg., Abicht. et Stein. Dativum, qui casus magis est etiam Herodoti consuetudini loquendi conveniens. (Cfr. III, 59. IV, 156. VII, 235).

*b)* Tum observandus est usus apud Herodotum frequentissimus, quo origo vel occasio nominis alicujus declaratur. Hæc sufficiant exempla:

*ὁ δὲ χρυσὸς οὗτος καὶ ὁ ἄργυρος, τὸν ὁ Γύγης ἀνέθηκε, ὑπὸ Δελφῶν καλέεται Γυγάδας ἐπὶ τοῦ ἀναθέντος ἐπωνυμίην* I, 14. *Πελειάδες δέ μοι δοκέουσι κληθῆναι*

---

[1]) Cfr. Bernhardy. l. c. p. 265; ubi plura similia ex aliis scriptoribus petita exempla proferuntur. Kuehn. l. c. II, 616.

*πρὸς Δωδωναίων ἐπὶ τοῦδε αἱ γυναῖκες, διότι κ. τ. λ.* II, 57. Cfr. VII, 40. 83. — *Μελάγχλαινοι εἵματα μὲν μέλανα φορέουσι πάντες, ἐπ' ὧν καὶ τὰς ἐπωνυμίας ἔχουσι* IV, 107. Cfr. V, 69. VI, 47. VII. 58. 61. 74. 91. 178. *τῇ νήσῳ ἐπὶ τοῦ οἰκιστέω Θήρα ἡ ἐπωνυμίη ἐγένετο* IV, 148. Cfr. ib. 149. *ἐπὶ τούτου καὶ τὠυτὸ οὔνομα ἀπεμνημόνευσε Ἱπποκράτης τῷ παιδὶ θέσθαι τὸν Πεισίστρατον ἐπὶ τοῦ Νέστορος Πεισιστράτου ποιεύμενος τὴν ἐπωνυμίην* V, 65. Cfr. ib. 68 (bis). *ἐπὶ τούτου τῷ χρόνῳ οὔνομα γέγονε Ἀφεταί* VII, 193. *ἐπὶ τούτου τοῦ οὔρεος οἱ ἄνθρωποι οὗτοι ἐπώνυμοι ἐγένοντο* IV, 184. *οὐδ' ἔχω συμβαλέσθαι ἐπ' ὅτευ μιῇ ἐούσῃ γῇ οὐνόματα τριφάσια κέεται* IV, 45, ubi plura ejusdem generis exempla inveniuntur. Causalis significatio prævalet etiam in hoc exemplo: *Ἀργείους λέγεται ἐπισταμένους, ὅτι οὐ μεταδώσουσι τῆς ἀρχῆς Λακεδαιμόνιοι, μεταιτέειν, ἵνα ἐπὶ προφάσιος ἡσυχίην ἄγωσι* VII, 150.

*c*) Qui vero huic finitimus est usus, quo *ἐπί* cum verbis percipiendi, cognoscendi, sim. personam vel rem designat, ex qua perceptio quævis et cognitio proficiscitur et informatur, ejus non facile apud Herodotum reperias ullum exemplum, si quidem IX, 83 pro: *ἐφάνη καὶ τόδε ὕστερον ἐπὶ τούτων τῶν νεκρῶν περιψιλωθέντων τὰς σάρκας*, ut dant Dind. et Stein, legas: *ἐφάνη δὲ καὶ τόδε ὕστερον ἔτι τούτων· τῶν νεκρῶν περιψιλωθέντων τὰς σάρκας κ. τ. λ.*, quæ legendi et interpungendi ratio superiori præstare videtur. Kruegerus quidem hanc totam narratiunculam, et quæ proxime sequitur, interpolatori alicui deberi suspicatur.

*d*) Primitiva *nitendi* significatio hujus præpositionis prævalere mihi videtur in locutione illa singulari, quæ reperitur IX, 11: *ταῦτα λεγόντων τῶν ἀγγέλων οἱ ἔφοροι εἶπαν ἐπ' ὅρκου, καὶ δὴ δοκέειν ἐν Ὀρεστείῳ στείχοντας ἐπὶ τοὺς ξείνους*, quasi "substrato vel supposito juramento", ut Kuehn. Gr. Gr. II, 611, I, a. bene explicat.

e) In usu temporali observanda est structuræ mutatio VI, 98: *ἐπὶ Δαρείου τοῦ Ὑστάσπεος καὶ Ξέρξεω τοῦ Δαρείου καὶ Ἀρταξέρξεω τοῦ Ξέρξεω, τριῶν τούτων ἐπεξῆς γενεέων ἐγένετο πλέω κακὰ τῇ Ἑλλάδι ἢ ἐπὶ εἴκοσι ἄλλας γενεὰς τὰς πρὸ Δαρείου γενομένας.*

*B) Cum Dativo. a)* Localis significationis, qua indicatur aliquid super aliquo esse, permulta exstant exempla [1]) velut *ἐπὶ τοῖσι δούρασι ἀντὶ τῶν σαυρωτήρων ῥοιὰς εἶχον χρυσέας* VII, 41. Cfr. ib. 70. 72. 75. 79. V, 49. — *ταῦτα δὲ χωρὶς ἔκειτο ἐπὶ κανέῳ κατακεκαλυμμένα* I, 119. Cfr. ib. 50. *ἐπὶ τούτῳ τῷ πύργῳ ἄλλος πύργος ἐπιβέβηκε, καὶ ἕτερος μάλα ἐπὶ τούτῳ* I, 181. *ἐγένοντο ἐπ' ἀκρωτηρίῳ τοῦ οὔρεος* VII, 217. *κληρούχους ἐπὶ τῶν ἱπποβοτέων τῇ χώρῃ λείπουσι* V, 77. Nullo significationis discrimine variat structura in III, 28: *ἔχει ὁ μόσχος ἐπὶ μὲν τῷ μετώπῳ λευκὸν τετράγωνον, ἐπὶ δὲ τοῦ νώτου αἰετὸν εἰκασμένον.* Cfr. V, 12: *ἄγγος ἐπὶ τῇ κεφαλῇ ἔχουσα;* sub finem autem ejusdem capitis: *φέρουσα τὸ ὕδωρ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς.*

*b)* E significatione conjunctionis is usus profectus est, quo indicatur condicio, qua quis utitur: *ἐπὶ θυγατρὶ ἀμήτορι ἔγημε ἄλλην γυναῖκα* i. e. "filiam matre orbam habens" IV, 154 [2]).

*c)* Ejus usus, quo *ἐπί* significat actionem ab aliquo intendi in aliquem et quidem consilio nocendi, hic afferantur exempla nonnulla [3]): *μαθὼν δὲ ὁ Πεισίστρατος τὰ ποιεύμενα ἐπ' ἑωυτῷ ἀπαλλάσσετο ἐκ τῆς χώρης* I, 61. *ὁ δὲ μαθὼν τὸ γενόμενον ἐπ' ἑωυτῷ καὶ τὴν αἰτίην καταφεύγει ἐς τὴν Θρηΐκην* IV, 80. *ἡ δὲ ἐδικαίευ εἶναι καὶ τῷ ἔργῳ μητρυιὴ τῇ Φρονίμῃ, παρέχουσά τε κακὰ καὶ πᾶν ἐπ' αὐτῇ μηχανωμένη* ib. 154. *τούτου εἵνεκεν ἥκω*

---

[1]) Cfr. Kuehn. l. c. II, 612, 1.

[2]) Apud poetas et scriptores seriorum ætatum inveniuntur similia exempla; vide Matth. l. c. II, 585, *β.*

[3]) Cfr. Bernh. l. c. p. 252 et Kuehn. l. c. II, 612.

ὡςσυστήσων ἐπὶ τῷ μάγῳ θάνατον III, 71. Cfr. I, 60. VII, 132. IX, 10. 17. — ποιήσασι δέ σφι ταῦτα ἰθέως οἱ Ἀθηναῖοι ἐπεκέατο, δοκέοντες ἐπὶ σφίσι ἔχοντας τοὺς Αἰγινήτας δεδωκέναι (scil. γῆν τε καὶ ὕδωρ) VI, 49, quam locutionem Valckenarius per tmesin explicandam esse putavit (vide Bæhr. ad hunc locum).

*d*) Tempus, quo quid fit, significatur in locutione ἐπ' ἑκάστῃ ἡμέρῃ, quæ legitur II, 168. IV, 112. V, 53, VII, 187[1]).

*C) Cum Accusativo.* *a*) Primum afferantur aliquot loci, ubi ἐπί, nulla hostilis impetus notione subjecta, post verba motum indicantia cum Accusativo personæ conjungitur; in quo usu tamen ἐπί ab aliis quoque scriptoribus adhibetur, tum præsertim quum de populo vel magistratu quovis agitur, coram quo prodit aliquis. Sic: βὰς ἐπὶ τοὺς ἐφόρους III, 148. — ἐπελθὼν ἐπὶ τὸν δῆμον V, 97. Cfr. VII, 148. IX, 7, in. 11. 90. — ἀπικόμενος ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας VI, 106. Cfr. VII, 172. IX, 5. — στὰς ἐπὶ τὸ συνέδριον VIII, 79. καταστάντες ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας III, 46. ἦγον δή μιν πυλουροὶ ἐπὶ τὰ κοινὰ τῶν Βαβυλωνίων· καταστὰς δὲ ἐπ' αὐτά κ. τ. λ. ib. 156. — ἔφερον τὸ βιβλίον ἐπὶ τοὺς στρατηγούς VIII, 128. ἔπεμπον ἐπὶ τοὺς στρατηγοὺς κήρυκα IX, 21. ἔθεον ἐπὶ τοὺς στρατηγούς IX, 44. πέμπει ἄγγελον ἐπὶ Ἀρτάβανον καλέοντα VII, 15.

*b*) Iam vero est observandum, ἐπί in re militari de ordinibus certa ratione dispositis usurpari. Genetivi, quem in hoc usu Attici præferebant, nullum exemplum enotavi; Accusativi vero hæc: ὁ δὲ ἀνάγων ἑκάστοτε ἐπὶ κέρας τὰς νέας, ὅκως τοῖσι ἐρέτῃσι κ. τ. λ. VI, 12. Cfr. ib. 14. (Thucydidem et Xenophontem constanter ἐπὶ κέρως dixisse, affirmat Krueg. in ann.

---

[1]) Krueg. et Stein. V, 117 quoque ἐπ' ἡμέρῃ ἑκάστῃ scribere jubent, invitis tamen libris, qui Genetivum exhibent.

ad VI, 12). *ἐπὶ τάξις πλεῦνας ἐκεκοσμέατο οἱ Πέρσαι* IX, 31. Cfr. VI, 111. *ὡρμέοντο ἐς πόντον ἐπὶ ὀκτὼ νέας* VII, 188. — Ac ratio præpositionis eadem esse videtur IV, 67, ubi de arte divinandi vatum Scytharum hæc leguntur: *ἐπεὰν φακέλους ῥάβδων μεγάλους ἐνείκωνται, θέντες χαμαὶ διεξειλίσσουσι αὐτούς, καὶ ἐπὶ μίαν ἑκάστην ῥάβδον τιθέντες θεσπίζουσι. ἅμα τε λέγοντες ταῦτα συνειλέουσι τὰς ῥάβδους ὀπίσω καὶ αὖτις κατὰ μίαν συντιθεῖσι*; quæ explicandi ratio Bæhrio displicet, qui ipse ita interpretatur: "unamquamque virgam super alteram ponentes divinant."

*c*) Localis vero usus utique insoliti, quo usurpatur *ἐπί* cum Accusativo eadem ratione, atque alias *ἀνά* vel *κατά*, unum exemplum exstat: *ἤδη δὲ καὶ τόδε ἤκουσα ὡς ὁ Δηΐφονος ἐπιβατεύων τοῦ Εὐηνίου οὐνόματος ἐξελάμβανε ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἔργα* "operam suam (in vaticinando) passim per Græciam elocasse" IX, 95; Krueg. probat conjecturam Reiskii *ἐπιών* suspicantis.

*d*) De condicione ac statu, in quem quis incidit, inusitate dicitur *ἐπί* pro *ἐς* VII, 88: *ἐπὶ συμφορὴν ἐνέπεσε ἀνεθέλητον.*

*e*) Quemadmodum Herodotus I, 171 dicit: *ἐπὶ τὰς ἀσπίδας τὰ σημήϊα ποιέεσθαι* et simil., sic translate ponitur *ἐπί* in hujusmodi locutionibus:

*ἐπὶ νόον ποιέειν τινί* I, 27. 71. i. e. in animum inducere alicui; et eadem fere significatione *ἐπὶ νόον τράπειν τινί* III, 21. Vide Krueg. ad I, 29.

*f*) Ex usu temporali moneamus de formula *ἐπὶ χρόνον* I, 116. IX, 22 [1]).

*Ὑπό.* In usu hujus præpositionis recedit nonnihil ab Atticorum sermone Herodotus. Nam

---

[1]) Varietas structuræ notanda est in IX, 47: *ὀπίσω ἦγε τοὺς Σπαρτιήτας ἐπὶ τὸ δεξιὸν κέρας, ὥς δ' αὔτως καὶ ὁ Μαρδόνιος ἐπὶ τοῦ εὐωνύμου.* Cfr. II, 121. 4: *ἀσκοὺς ἐπιθεῖναι ἐπὶ τῶν ὄνων*; in fine vero sectionis: *ἐπιθέντα τὸν νέκυν ἐπὶ τοὺς ὄνους.*

*A) Dativo* adjunctum ponitur *ὑπό*, quum translate de eo usurpatur præpositio, qui in alterius ditione versatur vel in eam redigitur, non solum post verba *εἶναι*, *ἔχεσθαι*, *γίνεσθαι*, *ποιέεσθαι*, sed etiam post *ἄρχεσθαι*, *νέμεσθαι*, *δουλοῦσθαι*. Hæc afferantur exempla: *ὁ δὲ Πέρσης τε ἦν καὶ ἀρχόμενος ὑπ' ἐκείνοισι* I, 91. *συλλέξας τοὺς ὑπ' ἑωυτῷ ἀρχομένους* ib. 103. *ἐς τοῦτο τὸ οὖρος ὑπὸ Πέρσῃσι ἄρχεται* III, 97. *τὸ δὲ κατ' ὑμέας τάδε ἅπαντα ὑπὸ Πέρσῃσι νέμεται* VII, 158. *Λυδοὶ μὲν δὴ ὑπὸ Πέρσῃσι ἐδεδούλωντο* I, 94.

*B) Cum Accusativo.* *a*) Generi dicendi poetarum tragicorum convenienter excipit Accusativus voculam *ὑπό* in locutione *ὑπὸ γῆν*[1]): *τὸ ὑπὸ γῆν ὄρυγμα* II, 125. Cfr. ib. 124. 127. VII, 114.

*b*) Iam vero usurpatur *ὑπό* pro *ἐς* his fere locis: *ἔφυγε ἐκ Σπάρτης ὑπὸ δικαστήριον ὑπαχθείς* VI, 72. Cfr. ib. 104. IX, 93. — *νοστήσαντα δέ μιν ὑπῆγον οἱ ἐχθροὶ ὑπὸ τοὺς ἐφόρους* VI, 82. *Ξάνθιππος θανάτου ὑπαγαγὼν ὑπὸ τὸν δῆμον Μιλτιάδεα ἐδίωκε τῆς Ἀθηναίων ἀπάτης εἵνεκεν* ib. 136.

*c*) Neque vero prætermittenda sunt exempla illius usus, quo effertur significatio præsidii: *ἀπίκοντο ἐς Φάληρον ὑπὸ τὸν πεζὸν στρατόν* VIII, 92. *ἐς δὲ τὴν ἤπειρον ἀπέπλωον ὅκως ἔωσι ὑπὸ τὸν πεζὸν στρατόν* IX, 96. ib. paulo infra: *ὑπὸ τοῦτον τὸν στρατὸν ἐβουλεύσαντο καταφυγόντες οἱ τοῦ ναυτικοῦ στρατηγοὶ ἀνειρύσαι τὰς νέας.*

*d*) Denique temporalis usus unum exemplum afferatur: *ὑπὸ ταῦτα* II, 142 [2]).

---

[1]) Vide Krueg. l. c. II, 68, 45, 2.

[2]) Hoc loco notemus, repetitionem præpositionis insolitum in modum omissam esse IV, 100: *ἡ Σκυθικὴ ἀποκλήιεται ὑπὸ πρώτων Ἀγαθύρσων, μετὰ δὲ Νευρῶν, ἔπειτεν δὲ Ἀνδροφάγων, τελευταίων δὲ Μελαγχλαίνων.* — Cfr. VII, 36 et ann. Krueg. ad hunc loc.

## III. De tmesi, quæ vocatur, præpositionum[1]).

Restat, ut præpositionum tmesis, cujus apud Atticos solutæ orationis scriptores perpauca exstant vestigia[2]), exempla Herodotea enumeremus. Quæ quamvis non videantur ad certas quasdam leges posse revocari, ex iis tamen apparet, Herodotum præsertim in tempore Aoristo et interjectis conjunctionibus quibusdam vel omnino brevioribus voculis præpositionem a verbo sejunxisse, ab eo vero tmesis genere, quo apud Homerum simul præpositio postponitur, semper se abstinuisse[3]). Sermoni autem Epico convenienter accedit nonnumquam anaphora, quam vocant grammatici, in qua est observandum, Herodotum in altero membro præpositionem solam repetere solere[4]). Tmesis vero loci hi fere sunt:

*a*) *Interpositis conjunctionibus:*

*α*) *ὦν: ἀπ' ὦν ἐκήρυξαν* I, 194. *ἀπ' ὦν ἔβαψε* II, 47. *ἀπ' ὦν ἔδωκαν*, ib. 87. 88. *ἀπ' ὦν ἔδοντο* ib. 39. *ἀπ' ὦν ἐκήρυξαν* I, 194. — *ἐξ ὦν εἷλον* II, 40. 86. — *ἐν ὦν ἔπλησαν*, II, 87. *ἐν ὦν ἐπάκτωσαν* ib. 96. — *ἀν' ὦν ἐφάνη* III, 82. — *δι' ὦν ἐφθάρησαν* VII, 10. 5. — *κατ' ὦν ἐκάλυψε* II, 47. *κατ' ὦν ἔπλασε* ib. 70. *κατ' ὦν ἐπλάσατο* ib. 85. *κατ' ὦν ἔδησαν* ib. 122. *κατ' ὦν κόψας* ib. 172. — *περὶ ὦν ἔβαλε* IV, 60. — *πρὸς ὦν ἔθηκαν* IV, 196.

Notandum est, in his omnibus locis, uno II, 172 excepto, Aoristum gnomicam, quæ vocatur, vim habere.

*β*) *τε: ἀνά τε ἔδραμον* I, 66. Cfr. III, 78. VII, 15. 156. 218.

---

[1]) Librum Ed. Wentzelii: De præpositionum tmesi, quæ apud Herodotum inveniuntur. Vratislav. 1829. nancisci non potui.

[2]) Cfr. Krueg. l. c. I, 42, 5 et ann. Matth. II, 594, 2. Kuehn. II, 619, 2.

[3]) Cfr. Krueg. l. c. II, 68, 49. ann.

[4]) Cfr. Krueg. l. c. II, 68, 47, 3.

*γ) δή: μετὰ δὴ βουλεύεαι* VII, 12.

*δ) μέν* et *δέ* (cum his particulis anaphora locum habet): *κατὰ μὲν φαγέειν — κατὰ δέ* II, 141. *κατὰ μὲν ἔκτεινε — κατὰ δέ* III, 126. *κατὰ μὲν ἔσυραν — κατὰ δέ* V, 81. *κατὰ μὲν ἔκαυσαν — κατὰ δέ* VIII, 33. *κατὰ μὲν ἔλευσαν — κατὰ δέ* IX, 5. — *ἀπὸ μὲν ἔθανε — ἀπὸ δέ* VIII, 89. — Sine ulla aperta anaphora inseritur *δέ* VI, 114: *ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ ὁ πολέμαρχος Καλλίμαχος διαφθείρεται, ἀνὴρ γενόμενος ἀγαθὸς, ἀπὸ δ' ἔθανε τῶν στρατηγῶν Στησίλεως ὁ Θρασύλεω.*

*b*) Restant duo certa exempla, ubi pronomina interposita sunt, unum II, 181: *κατά με ἐφάρμαξας;* alterum III, 36: *ἀπὸ μὲν σεωυτὸν ὤλεσας τῆς σεωυτοῦ πατρίδος κακῶς προστὰς, ἀπὸ δὲ ὤλεσας Κῦρον πειθόμενον σοι.* Ad ea adjiciendum censeo III, 50: *περὶ θυμῷ ἐχόμενος,* de quo vide pag. 26. — Etiam in VII, 164 haud scio an retinenda sit scriptura plurimorum codicum: *ἀπὸ πάντα τὰ χρήματα ἄγων.* Plerique tamen editores (Dind., Krueg., Dietsch., Abicht.) Schæferum secuti *ἅπαντα* scribunt. *ἀπό* vero retinuerunt Bæhr. et Stein.

---

## Corrigenda.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Pag. | 7 | lin. | 5 | leg. | μάλιστα |
| „ | „ | „ | 12 et 13 | „ | his (scil. cratibus vimineis |
| „ | „ | „ | 9 ab ult. | „ | dijudicandum |
| „ | „ | „ | ult. | „ | Πριήνη |
| „ | 8 | „ | 8 | „ | ἐγένοντο |
| „ | „ | „ | 8 ab ult. | „ | οὔτε |
| „ | 10 | „ | 8 | „ | δὲ |
| „ | „ | „ | 12 ab ult. | „ | πρὸς |
| „ | 11 | „ | 13 ab ult. | „ | χρέονται |
| „ | „ | „ | 8 ab ult. | „ | οὕτω |
| „ | 13 | „ | 5 | „ | ἐγένετο |
| „ | 14 | „ | 8 et 9 ab ult. | „ | πρώτοισι |
| „ | „ | „ | 6 ab ult. | „ | τῷ |
| „ | 15 | „ | 1 | „ | τί |
| „ | 16 | „ | ult. pro 89 | „ | 80 |

tibus vimineis).